

*IUSTI LIPSI*  
**D E C R V C E**  
LIBRI TRES

*Ad sacram profanamq; historiam utiles.*

*Vna cum Notis.*

*Accessit è prelectionibus*

**GEORGII CALIXTI**

*De verâ formâ crucis*

*APPENDIX;*

*ET*

**GEORGII CASSANDRI**

*in eamdem rem EPISTOLA;*



*Cum Grâia & Privil.S.Cef.Maj.  
ERVNSVIGAE*

*Typis Andrea Dunckeri, Impensis Godfridi  
Müller, 1510.*

AD  
T R E S O R D I N E S  
B R A B A N T I A E  
A N T I S T I T E S  
N O B I L E S  
M A G I S T R A T V S.

**I**BELLOS de CRVCE  
quos scripsi , meritissi-  
mò ad vos defero , pa-  
trix nostræ primores viri. Pri-  
mùm , quia in solo vestro conce-  
pti natique sunt , in hac Louani-  
ensi vrbe : tum quia aura fauoris  
vestri elicit , qui me benignè huc  
arcendum putastis , bono rei  
litterariorum & iuuentutis. Laudo  
hunc animum , atque etiam mi-  
tor. qui in tot circumstantibus  
turbis , & cum vndique info-

A 2                         nuit

nuit bellorum tuba; tibias **ta-**  
**men** & fistulas, vt sic dicam, Mu-  
sarum cogitatis, & pacis artes ne-  
glectum non itis inter media ar-  
ma. Quod recte & vtiliter à vo-  
bis fieri, prudentes magis sentiūt  
quām vulgus. Nam reuera incly-  
ti Ordines, hæc nō ornamenta fō-  
lūm recip. sunt, sed auxilia & ful-  
cræ. Tollite; quid nisi squalori &  
tenebræ occupant, & ferox quæ-  
dam, aut vt verius dicam, ferina  
vita? Ab omni æuo (Annales Sa-  
ceros & profanos consulite) De-  
us exstare artes istas voluit, velut  
pharos & lucentes quosdam i-  
gnes in tempestuoso mari. Istæ  
pacem dirigunt, bellum diri-  
munt: istæ virtus virtutésque præ-  
munt aur excitant, testes tem-  
porum arbitriæ meritorum. Re-  
ges,

ges, & magna illa nomina, obli-  
tionem æternam iam nunc cogi-  
tent, nisi pennatus iste currus  
euehat, & ostendat per æuum, &  
per gentes. Quid argumenta col-  
ligo? vno verbo rem dixi, Deus  
exstare artes istas voluit: & hoc  
quoque ab eo, quòd vos iuuatis.  
Eat in sæcula, fuisse in vnâ pro-  
vinciâ per quinque amplius lu-  
stra bellum, idque ciuile, imò in-  
testinum; collapſa tractu, aut de-  
iecta imperu omnia; publicam  
priuatamque inopiam: vos ani-  
mo stetisse dites & vberes, & de  
rebus salutaribus iudicasse ma-  
gis, quām computasse. Enim  
uerò facite ita Ordines, manu  
labenti patriæ supponite, nec  
præsentia solūm inoculis habete,  
sed futura. Potens ille Deus viuit,  
&

& magnus noster Rex : vterque auxiliabitur , ille & iste in suâ caussâ. Interea C R V C E M accipite, atque etiam ferte. Ut columnâ , quæ rectâ stat , imposito magis pondere firmatur: sic altas rectâsq; mentes oportet, non cedere oneri , sed obniti. Vos per vos facietis. ita vterque illa faveat & auxilietur , quem dixi. Louani , pridie Nonas Nouembr.

• . 10. XCII.



## AD LECTOREM:

AB E S Lecto r qua de Cruci scripsimus , sed germana. Antea , atq. alibi , que edita ( credes hoc nobis ) non sunt nostra. Quid ergo ? non illa dictauimus ? Fortasse. sed ô imperi ziam ! quafiedendi illo fine . Reueren zior posteritatis sum : & aliud scio esse Schedia , aliud Opera ; nec subitaria hac nostra dedicanda in Memorie templo. Quid , quod alii grauius etiam peccant ? qui excipiunt aut intercipiunt dictæ aut orationes nostras , & in contumeliam mei diuulgant. Aliter non accipio. Euum hoc ut multis deliciis fibulam , ita petulantie & licentia laxat : & quod auet procacissimus quisque , id etiam audet. Ego semel & seziò testor , audite qui in Europa. NI HIL MEVM EST , AVT ERIT , QVOD NON DE AUTOGRAPHOMEO ET ME VOLENTE , SIT EXPRESSVM. Quicunque aliter , mihi iniuriam facit , vobis fucum. Deus bonc , haec monenda publicè esse ? Ecce in bona opesq; externas ius est non viuo mihi solum sed mortuo,

A 4 . O 50.

Et solitum fati est voluntas ultra fac-  
 tum : in ipsis animi & ingenii verè bo-  
 nis non idem erit ? Reprimite Principi-  
 pes qui potestis, & vos lectores quā po-  
 testis : illi puniendo, vos spernendo.  
 hoc de Rom. etiam addo, Siquid usquam prater re-  
 Terci ligionem morēsq; veterum, non agnos-  
 cull. pre- scō : Et tibi adhereo Statu felix Eccle-  
 scripta, cui totam doctrinam Apostoli Pe-  
 adu- trus & Paulus cum sanguine suo pro-  
 baret. cap. fuderunt. Hac ex animo scripta, ut in  
 xxxvi. animam demitas, te, per spes tuas, &  
 per quidquid carum est, Lector rego.



IN

IN  
**IVSTI LIPSII V. CL. DE**  
**CRUCE LIBRVM. AD PRINCIPES**  
**Christianos Elegia I O A N N I S**  
**BOCHI S. P. Q. Antver-**  
     piensi à Secretis.

I q. v. A salutiferi tangit eos gloria signis,  
 Si qua fides, si quis religiosus amor:  
 Si meritum Crucis, Et studium eos excitas  
 Vllum,  
 Et memores Ecclisi nominis esse iubat;  
 Christiadum o proceres, positiu adserite mentes  
 Rebus, Et hoc uno figite corda libro.  
 Hic decus, Et factus seges hic uberrima Ecclisi,  
 Laurus Et hic vero Princeps digna hinc.  
 Qua genus humanum de vita morte triumphas  
 Arbor, cui nostra stemma salutu inest.  
 Ipsa Despectu ramorum amplexibus heret,  
 Et riguis Christi sanguine vernat apex.  
 Detruncu fidei pendens mysteria nostra,  
 Majestate Dei, corpore Verus homo.  
 Radicem crux innocens purissimus agnus,  
 Qualetat humana vulnera sortis, alit.  
 O crux, o columnen, spes unica, planta salutis,  
 O lignum aetheris fertile depositi.  
 Dona prima fuit miseris mortalebus arbor,  
 Damna sed hac medica nostra resarcit ope.  
 Protulit illa necem, vitam bac, erat illa doloris  
 Mater, et hac plausus, latitiaq' fuit,  
 Perque nefae, virtumque suo de semine, calum  
 Clauferat illa, fores bac rescrante parent.  
 Illam Tanario fallax è gurgite serpens  
 Occupat, impetas, Et furor, ira, dolus.  
 Hanc natus genitore Deo, quis fæderis obsec,  
 Lithos fetores carcere transit annos.


Nec

Nec Golusit seros Erebo parere nepotes;  
 Colla sed excesso libera ferre iugo;  
 Vlanticis vexilla Crucis, credentes omes  
   Extulit, imperii signa futurae sui.  
 Umbrarum hac oculim haud afficie arbiter equum.  
 Seuit, & auxilii expedit arma noui.  
 In Crucis excidum Latium aptare secures  
   Apparat, & dominia concitat orbis opem.  
 Primusq; Cesareus tentauit Gerbera litora  
   In cassum, & rabie proficiente nubis.  
 Nam lignum Crucis ad quosvis obdurauit ictus,  
   Statque magis, quanto caditur illa magis.  
 Christi adūm fides numerum cruciatis anguis,  
   Et Crucis imperium crescere pena facit.  
 Crux visceri cruci artifices, tormenta propago.  
   Vnusq; & inumeros Christus in orbe Deos.  
 Non tamen antiquus furiarum in sede quesit  
   Hostis, ut indistincte prelia Marte ciet.  
 Omnia conquirit pænarum inuenta, tyrannos.  
   Monstra faces, luqueos, flagra, metalli, ferre.  
 Donec Romuleos Christi Victoria fasces  
   Subdiat, & victo Cesare iura dedit.  
 Hinc aquila cœsiere Crucis, vastumque per orbem  
   Crux fuit augustis gloria prima viris.  
 Ut quiesces ferre barbaros, aut nominis hostis  
   Christiadum, sacra monerit arma Crucis  
 Arsaces, & mollis Arabs, Macedonumq; phalanges,  
   Pontus, & Ismarii Luna superba ducis;  
 Aut Scytha, & Garamas, mediusq; Syrtibus Ammum.  
   Errorum aut furios gens aggrata novis;  
 Prosternit intrepidis animis, armisq; paratu.  
   Sancra salutifera pro Cruce turbastur.  
 Nunc idem, & rabie nunc imminet hostis eadem,  
   O proceros, eadem causa sunda Crucis.  
 Iungite communis fata, in communia dextræ,  
   Nu pereant omnes, aum sibi quisque cauet.  
 Crux acies voler in medias, hoc vincite signo.  
   Cui didicit famulae mors dare fistula manus.  
 Quod fugis tremuere lacus, quod mundus, & hostis  
   Quo & ijs, trepidi perdidit arma fuga.

Hec

Hac monet antiqui scriptor Lipsius ait,  
   Et simulacrum scriptum subdit ad arma suis.  
 Tile crucis quondam leti genio eruit Sibritis,  
   Ponaque supplicis quanta, quibusque fuit.  
 Exemplaque docet, cantum se dedecus insomis  
   Morta, ob humani criminiis alta tuuit;  
 Si Deus esse reum Golusit, culpamque puniuit,  
   Delouitque necesse morte, cruxore nefas.  
 Horatii beneficia Crucis stringere ferrum  
   Pro cruce, consundit sumere sola manus.  
 Hoc vos janita fides (nam defensoribus isti  
   Tempus regit) pietas, officiumque regans.  
 Arma dabunt superi vittoria, tessera Christus,  
   Crux fignum, noster bacina Iesus erit.

MAXAE-



MAXAE MYLIANI DE  
VRIENDT,

SENATVI GANDAVENS

A SECRETIS, AD IVSTI  
LipsI de Cruce libros,

Epigramma.

Vppliesi ferale genu, trabs hospita lessi,  
Crux olim, & dura fontibus horror erat.  
Tormentum iniustum, durum, execrabile lignum  
Quo grauius nullum terra nouerca dabat.  
At postquam sata patre Deo, sata Virgine proles  
Dulcis in celsa crimina nostra cruce:  
Victima pro seruis dominus, pro fontibus infensis,  
Pro lassis medicis, pro grege pastor amans,  
Elicet ex illo, Crux lux, mors vita, trophyum  
Furca, decus probrum, pena medela fuit.  
Hospite pressa Deo tanti Crux numinis, olim  
Crux scelerum Nemesis, nunc scelerum tua salutis  
Hoc olim tam grande decus, tam nobile pignus  
Terra dei eaco sexit auara finu:  
Dum velut postlimino tandem extulit illam,  
Et luci lucem\* Casar habere dedit \*constans  
Fallor? an & IUSTVS seu Casari amulius, atra  
Nocte laborantem sollit ad astra Crucem?  
O factum iustè: sicrident lumina iustu.  
Inuidia iniusti lumina fracta dolent.

Anumam rex Delius indit.

DE JUSTI LIPSJ

LIBRIS DE CRUCE,

MICHAELIS VANDER-HAGHEN  
ANTVERPIENSIS.

Ad Lectorem Epigramma.

S I te prisca juvant: hoc, docti, DE CRUCE, LIPSI,  
Ingentis plenum, voluc, laboris opus.  
Suppliium Crucis ille vetus describit ad vngue,  
Qnale fuit, nostram SALVIFICAMQ; CRUCEM:  
In qua hominum lapsus, scelerumq; Pistor, a-  
trocem  
Mortem, insons, multo sanguine passus erat.  
Unde nova extinctis lux exitit, vnde sepultis  
Vita oriens, rutilam sustulit alta facem.  
Vnde redemptio & alma reconciliatio manant:  
Vnde perennantis flumina pacis eunt.  
Ista vortustatis reserat penetratia, Lectori,  
Vtere eo; & quarens, diste, vir ille sit.



B

IN

IN CLAR. VIRI  
IVSTI LIPSI  
DECRCUCLIBROS.

**I**PSI, Palladia decus corone,  
**L**IPSI, delicium nouem Sororum,  
Quoniam est melior benigniorque:  
Iam loquax nimium, nec aqua lingua,  
Quae, vah, artibus abrogare sanctam  
Virtutem soleat ac politiori  
Doctrinae, reprimetur illa, nam tu,  
Qui doctissimus unus es virorum,  
Unus es simul optimus virorum.  
Est caræ pietas, & ipsa virtus,  
Hac doctrina velut politur auro.  
Testes DE CRUCE sunt tres libelli  
Docti, Jupiter! & p[ro]p[ter] libelli.  
Coniunctam, bone lector, hic videre  
Virtutem licet eruditioni.

Balthasar Moretus I.F.

IUSTI

Justi Lipsi  
DE CRUCE  
LIBER I.  
CAP. I.

Præcations. Materies & ordo operis.

**G**REDIOR de CRUCE scribere, sed tuam prius opem auxiliūmq; inuocans qui eā consecrasti, & infame illud lignum instrumentum fecisti publicæ salutis. Tu Deus à Deo genite, homo ex homine genite, hominibus genite, da mihi vera, da recta scribere, tibi in honorem, Cruci in splendorem, nobis in fructum. Materies & or-

B 2 do

DE CRUCE

do mei operis iste. *Quid Crux, & Cuiusmodi fuerit: Ubi, Quare, Quomodo, & Quatenus usurpata.* Hæc omnia non distinctè solum, sed diffusè dicam: nec displicebit accuratio illi, cui salutare hoc signum placebit.

CAP. II.

*Crucis nomen polysemon. Nec nostra Gabalus etiam dicta item Infelix lignum, & Infame. Sed & Crux non in ligno.*

*Crux quidquid cruciat* Significatione dupli, Laxa & Adstricta. Illa est, cum pro omnianangore, tormento, atque etiam interitus sumunt. Ut Comici passim, qui Abire jubent in malam Crucem: ut Gracchus, qui dixit (alio etiam genere) Malo Cruce perire: ut Plautus de homine merso aquis, *Abstratum in maximam malam Crucem.* Sed & Terentius à cruciando, *Méfetrices*, dixit

LIBER PRIMUS.

dixit Crux: nec dissimiliter Plautus: *Ait quamala Crux semper est que alia.* quid pergit. Paullo diversius illud ejus- ibidem, dem: *Quæ mala Crux agit.* ut quod adhinc isui. Quæ larvæ, aut quæ in ēperiæ? Et Adstricta significatio est hæc mea, & vulgo receptissima, cum peculiariter cruciatum & interitum notamus in ligno. Quid ita? credo, quia eximus ille, mors tarda & planè <sup>Mors</sup> <sub>intra-</sub> cum sensu. Dixerunt & alio nomine *Gabalum.* Nonius ex Varrone citat: *In Ga. Nostri barbari quod nocentes in Gabulum Galabum suffigimus homines, vos non barbari* <sup>les.</sup> *noxios absolvitis.* Quæ vox etiā in præcis Glossis, sed vocali mediâ mutante: *Gabulum, βάσανος.* explicatq; laxè, vt vides, & pro quo cunque tormento. Ixerunt aliter, *Infelicem arborum* <sup>arbo-</sup> rem <sup>num,</sup> stipitem. In carmine <sup>arbor.</sup> lib. i. horum apud Livium: *Caput obnubito, infelici suspendito.* De Gruce acc. hocet, & Cicero, qui in ea pro pàlam sic interpretabatur qui velit ad Infelicitatem trahere ligam, ad lignum trahere ligam. Mihi tracturam. Mīneus, rogi foyas.

## DE CRUCE.

*Infelix* <sup>12</sup> *Aspes. se vel in felicis stipitis portio: id est, stu-*  
*inf. cis. Dixit & Infamem Poëta incortus. Vim*  
*missi. Noxius infami districtus stipite mem-*  
*pes.*

*bra,*

*Sperat & à fixâ posse redre Cruce.*

Natæ appellationes a iudicio & sensu vulgi, quibus hoc supplicium in horrore pariter & viliate. Itaque Apuleius (in meo quidem & prisco libro) *Damnatam Cucum* dixit. \* *Da. 1: b. 1*  
*mnatae, inquit, jah crucis candidatus:*  
*bene, & pro hoc sensu. Etsi autem*  
*Crux propriè in ligno: tamen adnoto, similitudine etiam ita dictam suspen-*  
*sionem aut fixionem in aliâ patraturâ. puta in monte aut petrâ. Sic Lib.*  
*Cruces in pe-*  
*tra. Tertulliano sunt Cruces Caucalô* <sup>adver-</sup>  
*alludenti ad Promethea illi-* <sup>i. ius</sup>  
*xum: quem ipsum Luciani* <sup>Mam-</sup>  
*bit & appellat *cauegêvra. S.** <sup>i cap.</sup>  
*lius de Andromedâ, o-*  
*vincita & ceto expos*

*Et cruce virginem*  
*pepe*

**C A**

*Nomina phrasē,*  
*Figere, Cat-*  
*Cruciariū*

*Lib. nulla*

*sicum:*  
*c. iteris*

**CRU-**

## LIBER PRIMVS.

**13**

**C**rucis hæc nomina: supplicij, quod per eam, ista. *Cruci suffi-*  
*gere. vt Velleius de piratis, quos Cæ-*  
*sar, inquit, Crucis suffixit, In cruce suf-*  
*figere. vt Hirtius. Iuba Numidas eos,* <sup>De</sup>  
*qui loco amissō fugâ se receperant, in Afri-*  
*cruce omnes suffixit. Item Cruci affi-<sup>bello</sup>*  
*co-*  
*gerc, & Crucifigere, crebra in libris.*

*Figere.* Illud minus, *Figere* <sup>άπλως</sup> & sine ad-  
*ditione. Tertullianus sic utitur: Taceo <sup>De pa-</sup>*  
*quod figitur (Christus:) in hoc enim <sup>tien-</sup>*  
*venerat. Quod idem Configere Pau-* <sup>tia, c.</sup>

*confi-*  
*gere.* linus Nolanus Episcopus dixit: <sup>Natali</sup>  
*Agnoscant trepidi, quem configere* <sup>ix. Fe-</sup>  
*rebelles:* <sup>lic.</sup>

de Christo adiudicium venturo. Et <sup>De Re-</sup>  
*Tertullianus paullo aliter, veterem* <sup>sur.</sup>  
*hominem confixum esse Christo* <sup>carn.</sup> dicit:  
*quod vulgo, una crucifixum.* <sup>cap.</sup> Suo et-  
*iam & proprio verbo appellarunt,* <sup>xlvii.</sup>

*Cruciare. Ausonius.*

*— Cruciauerat illuc* <sup>In Cu-</sup>  
*Spreta olim, memorem Veneris, Pro-* <sup>pidae</sup>  
*serpina Adonim.* <sup>crucif.</sup>

*Hegesippus: Capiebantur innumeri* <sup>Lib. v.</sup>  
*(ludæ), quingentifermè ad diem cru-* <sup>cap.</sup>  
*ciabantur, quod est in crucem age* <sup>xviii.</sup>  
*bantur: atque Iosephus in istâ ipsâ re* <sup>Lib. vi.</sup>  
*dixerat, avsæveguītā. Paulinus.* <sup>xlii.</sup>

**B** <sup>¶</sup>

**CRU-**

—Cruciata in carne coruscum  
Agnoscant irrepidi.

Glossæ veteres : Cruciata, crucificat,  
σταυροί. Nota ibidem & Crucificat,  
quod in ijsdem glossis alibi : Crucifi-  
catus, ἐσταυρωμένος. A Crucio sive &  
Cruce ipsa Cruciarius dictus is, qui in  
cruce, vel qui ea dignus. In ipsā, vīpe-  
tronius : Cruciary unius parentes eti-  
mū. viderunt noctu laxatam custodiam,  
detraxere pendentem. Et in Declama-  
tioneis tōnibus Calpurnij Flacci inscriptio :  
Padagogus cruciarius, & Peregrinus Dece-  
cruciarius, de his qui appensiam in mat.  
cruce. At qui eā digni, per conuiciū  
aut minas quoque sic nominati. Ibi-  
crucidorus; Cruciarius, εἰς τὸν σταυρὸν  
apud Apuleius : Ne tantillum crucia-  
rius ille deterritus. Ammianus : Lon-  
gum est, quae cruciarius ille conflavit.

## CAP. III.

Gracorum verba ad Crucem & cruci-  
fixionem. Hesychius & Ouidius e-  
mendatis iste etiam explicatus.

STA Latinis: Gracis duo ferè Cru-  
ciis nomina, Σταυρός & οὐράνιος. Illud  
quidē frequentius; quod tamen proprie-  
tatem

non nisi stipitem signat singularem  
& erectum. Latine dixeris Palum sive

In O. Vallum. Eustathius : Σταυροὶ ἵπται καὶ οὐδε-  
δύσ. Σ. παξιμαθρά ξύλα· τὰ καὶ σύναρτα ωδὴν φα-  
ίνεται. τοῖς μὲν λαλήσιν διχρώς γίνονται δέ ωδὴ  
τὸν εἰς αἴρετα σύστην, η πιραὶ τὸν εἰς δέργα  
ζεστό. οἱ δὲ αὐτοὶ Σκέλεσις λέγονται :  
Stauri sunt ligna recta & præcuta:  
qua & Stauraria dicuntur ab ijs qui mi-  
nus ingennè loquuntur. facta vox, vel  
quod ad aīrem stent, vel quod in latū.  
Hi ipsi & Scolopes dicuntur. Quod ait,  
εἰς δέργα vel in latum, de pleribus jū-  
ctis vere est, vt solet in castrorum  
vallo. Neque immuto; et si ex Hesy-  
chio patulo aliter deriuante, possim.  
Ille sic : Σταυροὶ, οἱ καταπιπήσοντες οὐ-  
λοπες, χάρρης, οὐ πάντα τὰ εἰσῶντα ξύ-  
λα, διὸ τὰ εἰσιν οὐραγοὶ, η ἔκτεινε τὸν  
αὐγαντοῦνται : Stauri, defixi stipites  
sunt, valli, & omnia ligna recta stan-  
tia: ab eo quod stent Stauri, vel quod ad  
auram consistant. Allusisse ad postre-  
num hoc etymon Prudentius vi-  
deatur:

—Crux istum tollat in auras : περ  
Videntes, oculos offerat alitibus. στό.  
Lucia-Hæc Grammatici. sed Lucianus ip-  
genio. B5

ni ioco- geniosè & pro argumento, in Iudicio  
su de- vocalium, deriuat à Tau litterā, quæ  
risu- figurā crucem refert. Ait Δωδεκάτης  
iso. (τὸ Ταῦ) καὶ τῷ περιήματι τοῦ πινεῶ  
τῷ πονηρῷ ἐπανυπίαν σωμελθεῖν : ab  
istā etiam, instrumento pessimo (cruci)  
pessimum nomen venisse. Atque hoc  
in fine etiam dialogi literat. Iam σχό-  
λοψ propriè vallum, sudemque signi-  
ficiat acutam. Hesychius : σχόλοπες,  
οὗταί ξύλα, οὗταί : Scolopes, acuta ligna,  
recta. Homerus:

—σχόλοπες γάρ τινα ἀντῆ [τά Θραξ] Ilia.

Οὗτοις έστιν.

Ibi Eustathius: σχόλοπες, οὗταί ξύλα, οὗταί ξύλα, αἱ καὶ σκέψεις σκάλοιοι. Εἴ δ' οὐς εἰ  
κρεμασθέντες ἀνεσταυρώθησαν αἰσκολε-  
ωιδαι ἐλέγοντο: Scolopes recta ligna &  
acuta, quae σταυρος vocabant: in qui-  
bus appensi, cruci & vallo figi diceban-  
tur. Et bene, quod duo illa verba sug-  
gerit, quibus ipsam crucifixionem si-  
gnabant, Αναστησοῦ & Ανασκολοπί-  
ζειν. Ita enim plerumque compositè,  
ad elevationem scilicet fixationemque in  
alto notandam: et si alias etiam sim-  
pliciter, σταυροῦ & σκολοπίζειν. Sunt  
& alia duo verba, quibus vulgo valde  
vñi,

vñi, προσηλοῦ & κρεμᾶν siue Ανακρε-  
μᾶν quorū illud clauationem ipsam  
in ligno propriè notat, hoc suspensionem.  
In illo, scriptoris aliquis er-  
ror videtur apud Hesychium: προ- Hesyc-  
σκλωται, ανέσωθαι. atque ego refer- chius  
bam, ανεσανέωθαι. In isto, laxe inter- corre-  
pretum, qui ad suspensionem vul-  
gariam & in laqueo aptant. Ita quod

Lib. vi Arrianus narrat de Musicano : ταῦτα  
κρεμάσαι Αλέξανδρον κελάσειν τῇ αν-

τῇ γῇ: aliter versum legi, cùm sic de-  
buerit: Hunc Alexander crucifigi in

ſuā regione iubet. Currius satis præbit,  
qui scribit in crucem sublatum. Ita

quod Diodorus Siculus in eiusdem  
Alexandri rebus de Tyro capitā: Κύς

οὐ νέους παῖτας, ὄντας, γὰρ ἐλάττους τῶν  
διχιλίων, σκρέμασεν: idem Currius re-

Ete: Duo millia crucibus affixa per in-  
gens litoris spatium pependerunt. Et

exempla pluscula. Tale apud Latinos  
ipsum suspendere, quod ad Crucem

referendum moneo iuuentutem. Ut  
in Silio:

Lib. i. Hunc postquam diro suspensum ro-  
bore vidit.

Epist. vii. In Senecā: Latrocinium fecit aliquis.  
quid

*quid ergo meruit? ut suspendatur.* Ior  
Ouidio:

In I.  
bin.

Lib.  
viii.

*More vel intereas capti suspensus  
Achaei,  
Qui miser auriferà teste pe-  
pendit aquā.*

Quibus versibus vera historia & sen-  
sus è Polybio reddatur iste. Antio-  
chus rex per fraudem Achæum ex-  
arce Sardium deduxit, & per insidias  
cepit. Καὶ ἐδοξε, addit, πέντον ωῷ αὐχε-  
τηλάσαι τὸν ταλαιπωροῦ, μετὰ δὲ τεῦ-  
τα τῷ καθαριᾷ ἀπομόντας οὔτε, τὸ  
κατόπιν φαντασίες ὄντες αὐτοὺς, ἀναστρέ-  
ψασι τὸ οώμα: Et visum est, primò ad-  
mutilare illum miserum & extremas  
partes succidere, deinde capite ejus re-  
fecto & in asinum culleum coniecto,  
reliquum corpus crucifigere. Hæc res:  
sperne aliorum inanes logos. Sed &  
mecum lege, teste pependit aquā: non  
triste aut restis, quod vulgatur. Vult e-  
cū, eum non in ipsā auriferā aquā,  
id est Paſtolo, suspensum: qui potuit?  
sed iuxta eam, atque illā quasi arbitrā  
& inspectante. Paſtulus autem haud  
longè Sardes, vbi hæc gesta.

CAL.

## CAP. V.

*Duisio prima Crucium: Cir de specie ve-  
tustissimā dictum, Affixione. Ter-  
tullianus per occasionem correcitum,  
atque Iſis eadem cum Cerere existi-  
mata.*

*V*ERBA non vtrā me tenent: rem  
ordiamur. cui illustrandæ du-  
plex genu Crucium statuo, Simplex  
& Compactum. Illud vero, cùm in uno  
simplici que ligno fit affixio, aut infixio.  
Quæ crux, meo iudicio, prima fuit,  
& in aliam speciem à rudi hac ven-  
tum. Sed ea quoque duplex, ut tetrigi:  
altera ad Affixionem, altera ad Infifi-  
xionem. Nam aliás ad arborem sive  
stipitem alligabant figebantve ho-  
minem. vt in Cupidine crucifixo Au-  
sonii, quem sic describit:

*Eligitur mesto myrtus notissima lu-  
co,*

*Inuidiosa Deum pénis. Crucia ve-  
rat illic*

*Spreta olim memorē Veneris, Pro-  
serpina Adonim.*

*Huius in excelsa suspensum stipite  
Amorem,*

*Deuin:*

*Deninctum post terga manus, sub  
strictaque plantis  
Vincula merentem, nullo moderat  
mine pæne  
Adfigunt.*

Verba omnia nota: videbis & in arboris stipite appensum, nec manibus expansis, sed à tergo deuinctis, deinde nec clavis sed funibns substri-



Apo-  
ctum: nisi fortè in pedibus. Simile in <sup>in se ar-  
Log. c. Tertulliano, de Tiberio: qui Saturni tor-  
viii. sacerdotes, ut inquit, in eisdem arbori-  
bus templi sui, obumbratricibus scele-  
rund, votius Crucibus exposuit. In  
Mar-</sup>

*zxxvii. Martyrologio, de Paphnutio: Ipse pal-  
Sacerdos me arbori affigitur, ceteri autem ferro  
brosis. Nec ambigimus arbores  
plerumque huic reservisse, præser-  
tim in grandi numero cruciando-  
rum, sive recisas leviter & ad Crucem  
apertas, sive etiam comantes. Sed &  
Sacerdos in stipite simplici idem fuit., Ex Ter-  
tulliano: Quantod distinguatur à Cru-  
cifixo stipite Pallias Attica, vel Ceres Far-  
log. rea que sine effigie, rudi palo & infor-  
cap.  
m ligno prostant? Nam rudem ecce  
palum componit & assimilat cum  
Cruce. Sed in ejus verbis menda de  
Cerere Farreā. Cur nimis sic appellat?  
Tertullianus obviandum est, atqui non  
an quia far inuenierit? esto. Et si Cererem  
omnis Ceres sive efficta, sed certa ali-  
qua, & in loco, quem voluit expres-  
sum: sicut de Pallade, quæ Athenis,  
Legendum arbitror, Faria sive Pha-  
ria: quasi dixerit Cererem, quæ in  
AEgypto. Et intelligi credam  
Isidem: quæ nomine diuertit à  
Cerere, numine communicat. Ita  
Herodotus: Δημήτηρ δὲ Ιοῖς. In  
Apuleio, ipsa de felsis: Me prius-  
geny Phryges Peſinuntiam ma-  
xim de-  
runt, me Eelus inq. vetustam  
deam Lib.  
Afin.*



*deam Cererem.* Eusebius de Præparā-  
tione : φασὶ τοῖναι Αἰγύπτοι τὸν μῆτραν  
Οστρινέναν τὸν Διόνυσον, τὴν δὲ Ιστιν-  
τερην : Αινιανὴ Αἴγυπτος Οσιριμ esse Bac-  
chum, Iſidem vero Cererem.

Lili  
capit

## CAP. VI.

*Altera Simplicis Crucis species, Infia-*  
*xio.* Seneca, Hesychius, Plato, Pittius, illustrati.

*infixio* **A**TQVE hæc fuit in Simplici  
qua Cruce Affixio: est & in eadem in-  
fixio. qualis? cùm nudum hominem  
infixio. erecto acutoque stipiti infigebant, cā  
for-

## LIBER PRIMUS.

23

formæ & facie quam exempla hæc  
Con- docebunt. Seneca: *Videō iſtū Crux*  
ſolit. *me τηνὶς generis, ſed aliter ab alijs*  
ad *fabricatas.* *Alij capite converso in*  
Marr. *terram ſiſpendēre, alijs per oſcuna-*  
c. xxi. *ſtipitem egerunt.* Duo in ijs verbis  
obſerues, & Cruces varias fuifle,  
quod nunc diducimus, & inter eas,  
Epiſt. Infixionem. Quam magis etiam  
xiii. aperit idem Seneca: *Cogita hoc loco*  
*carcerem & Cruces, & adactum per*  
*medium hominem, qui per os emerget,*  
*ſtipitem.* Viden' clarè medium ho-  
minem ſciſſum & transſoilum? At-  
que id imagine etiam illuſtrat He-  
ſychius: *σκόλοφν, ᾧ ὅπτην τὸ γῦ πα-*  
*λαιὸν τοὺς κακουργοῦτας ἀνεσκολόπτ-*  
*ψι.* *ζε, ὁξωντες Ξύλον* 24φ̄ *ῥάχεως ἢ τὰς εἰ-*  
*νθρῶν, καθάπτοντες ὅπτωμένους* ix. *Θῦς πτα-*  
*γεῖος ελίσκων:* *Sudifixionem dixeris,*  
*quasi Affationem.* Nam antiquitus  
maleficos ſudi infigebant, acuto ligno  
penetrantes ſpinam & dorsum, ſicuti  
aſſos in verubus pifces. Vbi amplius  
difo, propriè hoc eſſe Σκόλοφν; &  
Σκολοπίζειν vbi legitur, plerumque  
referendum ad hanc formam. Iſta  
Cruſx

**Epist.** Crux nescio an Mæcenati etiam <sup>stetit</sup>  
**cap. 1.** descripta cuius versus apud Sene- <sup>stetit</sup>  
 cain iam olim sic legimus:

Hanc mihi, vel acutâ  
 Si sedeam Cruce, sustine.  
 Vita dum super est, bene est.

Vult miser & adsuspirat viuere, et-  
 iam inter tormenta, & in istâ maxi-  
 mè cruciantे Cruce, quam signan-  
 ter dixit Acutam. Sed ait etiam ~~se~~  
 dere: bene. Nam ille profectò habi-  
 tum hominis ab inferno in supe-  
 rum sic transfixi. Hoc ipsum genus  
 Ανασκιδυλλεως, dictum Græcis,  
 quasi diffindere & dissecare. Hely- <sup>II</sup> **D**  
 chius: Ανασκιδυλλεως, ανασκολο- <sup>Re</sup>  
 πηθιωσι. Plato eo verbo vsus: Ma-  
 nūχροσται, σρελωσται, τελετῶς ἐ<sup>τε</sup>  
 ωντα καὶ παῖς άνασκιδυλλε-<sup>στε</sup>: Flagellabitur, distorquebitur de-  
 nique omnia mala passus Cruce diffin-  
 detur. Plinij etiam verba <sup>Et</sup> **Plinio.** <sup>referam</sup> narrantis, Polybium cum <sup>Lib.</sup>  
 Scipione in Africâ leones homici- <sup>VIII</sup>  
 das crucifixos vidisse, quia ceterim e-<sup>c. xv</sup>  
 tu pœne similis absterrerentur eadem  
 noxa. Quis enim credat operosani  
 &



& compositam crucifixionem il-  
 lam fuisse? non ego: & accipiam  
 de hac promptâ & fortuitâ in stipi-  
 te infixione, siue etiam affixione.

## CAP. VII.

In genere de Cruce Compactâ: tum de  
 primâ eius specie, Decussata. & an  
 hac sit Andreana?

**A**T Compacta Crux est, quæ manu  
 facta, idq; è duplice ligno. Ita se-  
 ptuaginta Interpretes Ptolomæa-  
 ni, libro Iosuæ quæ vulgo est,  
 lignum, & Chaldaeo paraphraste,

Crux, ipsi vertoruntur. Σύλον διευστιχεῖται bene sane, ad hanc formam. Hæc est plena, & vera Crux, in qua brachia etiam explicitantur, atque ideo Patibulum non semel dicitur. Hæc species triplex, ut distincte imo curiosè ediscerem, & semel collam dubitationes, aut lites. Est Decussata, & est Commissa, est Immissa. Illa prima mihi dicitur, in qua duo ligna directa & equabilia inter se obliquantur. Decussare hoc enim Romani dixerunt. Hieronymus: Decussare, est per medium secare, veluti si duas regule concurrant ad speciem litteræ X. quæ figura est Crucis. Nec minus clare Lib. i. Ilidorus: X. littera, & in figurâ Crucem, & in numero decem demonstrat. Orig. c. iii. Obscurius paullo allij Patres & Doctores nostri. vt Iustinius Martyr: qui illud Platonis in Timo, Exiastroph. ζεναυτὸν τῷ περὶ τῷ θεῷ. Decussauit eum in uniuerso: ad severanter ad Christum & Crucem nostram retulit, s. pl. c.

Ad-  
vers. Lib. quo nisi hoc aspectu? Iam cūm  
Orth. illi de transuersis obliquatisque manibus benedictionem Iacobi cōdem a-  
ptant:

c. xii. tantum quid nisi haec forma in oculis?

E. D. m. sc. Damascenus: Ιακώβος σπουδῶν τὸ

ἄκρον τῆς πάτηδον, ἐνθαγμένοις ταῖς

χεροῖς γέγονεν οὐαὶ τοῖς λαγκίσας, καὶ τὰ

οπιέσι τὰς σανέρας Ναζαρέθιοι οὐαὶ σείσα-

ται: Iacob adorans extremum virga, alternantibus manibus liberos Ioseph

benedicens, eccliam signum hoc Crucis

describit manifestissimò. Quid χα-

ρεσ istæ ἐνθαγμέναι etiā non ambi-

guum, tamen audiamus Cedren-

nus commode explicantem. Ισαγ-

ὴρ (idem cum Iacobο) τὰς χερας

ἀπεισων, τὰς μὲν δεξιὰς οὔτι τὰς νεωτέρους,

τὰς αριστερὰς οὔτι τὰς προσευτέρους τὰς

καθαλλωποτίσις: Israël manus permu-

tans, dextram quidem in iunioris, si-

nistram verò in senioris caput impo-

nens. Et Tertullianum in istâ ipsâ re:

Impositis & intermutatis manibus be-

nedit, & quidem ita transuersim

obliquatis inter se, ut Christum defor-

mantes, iam tunc portenderent bene-

dictionem in Christum futuram.

Quomodo Christum deformarunt

illæ manus? imo Crucem: & sic mi-

hi libido aliquando legere; sed re-

De Ba-  
ptis. c.  
viii.

*Crx  
Andrea  
ana.*



fræno, & accipio Christum crucifixum. Hæc illa est, quam Andream hodie dicimus, validâ & satis veteri famâ diu in istum in eâ cruciatum. Anne terè ? facit me ut ambigam Martyrologium Roma-

\*Vti & in Ab-  
num : in quo hoc saltem \* legas, in  
dia Cruce suspensum. & magis Hippoly-  
ilb. III tus, qui scribit Crucifixum Patri in  
Achæiâ, ad arborem olive rectum.

In Quid magis contra famam? Atque  
Com- ment. hæc fixio ad Simplicem nostram  
Græco potius abeat, longè à Decussatâ.

CAP.

## CAP. VIII.

Commisſa Crux quid nobis sit ? exē-  
plis testibꝫque afferta, tum etiam  
vestigio nostra lingua.

I AM Commisſam Crucem appello, com-  
cū ligno ercto breuius alterum su-  
pernè, & in ipso capite committitur,  
sic ut nihil exstet. ea forma exami-  
ſim est in T litterâ, quam vno ore o-  
mnes cum Cruce componunt. Lu-  
cianus ubi Tau accusatur: πῆδε τούτου σώματί Φασ τοὺς τυράννους αὐτοὺς τὸ πλά-  
σμα, ἐπειδὴ χρήματοι εἰσταχνάντας, ἀνθεώπους ἀνασκολωτοῖς εἰσ-  
αύτα : Huius enim corporis filum ty-  
rannos aiunt secutos, eiusque speciem  
imitatos, simili deinde figurâ ligna  
fabricasse, & homines in ijs fixi-  
ſe. Palam est Crucem intelligi.

III. ad-  
uersus Tertullianus : Ipsa enim littera  
Mat- Græcorum Tau, nostra autem T, species  
tion. Crucis. Isidorus : Tau littera spe-  
Devo- cies Crucis demonstrat. Hierony-  
cat. gent. mus : Antiquis Hebræorum litte-  
In ris, quibus usque hodie Samarita-  
Eze- nuntur, extrema Tau Crucis habet  
s. ix. simi-

**Epist.** similitudinem. Paulinus Nolanus:  
**ad Scu.** Christus non multitudine nec virtute  
legionum sed iam tunc in sacramento  
Crucis, cuius figura per litteram Grae-  
cam Tau numero trecentorum expro-  
mitur, aduersarios Principes debellaver-  
uit. Adstruunt etiam picturæ, &  
nostral lingua. In illis quidem, pa-  
**Anto-**  
**niana**  
**Cruz.**  
**Egypt.**  
**ptius**  
**inter**  
**notas.** simili monachi penulæ & manu  
assui aut imponi hanc crucem. An  
quia Ægyptius ille vir, quibus iam  
olim notum, & inter sacra hoc si-  
gnum? Certè in obeliscis, qui in-  
de Romam vechi, sculptum sic vi-  
dimus ☐ : cum annulo tamen

vel an sulâ supernè, nec satis solidè  
scio ad quam rem aut usum. Sed  
de præcipuâ ipsâ notâ dignum ali-  
quid notâ Ecclesiastica nostræ hi-  
storiæ prodiderunt. Ruffinus: Si-  
gnum hoc dominica Crucis, inter illas cap.  
quas dicunt Ægypticas, id est, Sacerdo-  
tales litteras habere Ægypticas dicuntur,  
velut unum ex ijs, quæ apud illos sunt  
litterarum elementis. Cuius litteræ

ſcri

ſeu vocabuli hanc afferunt eſſe inter-  
pretationem, VITA VENTU-  
RA. Sozomenus: Φασὶ δὲ τῷ ναῷ Lib.  
καταιεγγύμφου τούτῳ (τῷ Σαρέπτῳ) π-  
νας τῶν καλεγμάτων ιερογλυφικῶν χα-  
ρακτήρων σανροῦ σημεῖῳ ἐμφερεῖσι γν-  
χαρεγγύμφοις τοῖς λίθοις αὐταφαλώσῃ.  
παρόπτομόνων δὲ τῇ τοιάδε ἐμπνεύσθαι-  
σαν ταύτην τὴν χειρὶ, ζωὴν ἐπερχο-  
μένων. Αἴκιντ templo isto (Sarapi-  
dis) diruto & dificito, quasdam ex ijs,  
qui is vocant Hieroglyphicas notas, si-  
miles signo Crucis inscriptas lapidibus  
apparuisse. Ab ijs autem, qui docti  
hæc talia, explicatam eam notam. si-  
gnificare Vitam venturam. In Sui-  
dā etiam historiola hæc breviter.  
Ἐπὶ Θεοδοσίου τῷ μεγάλου βασιλέως κα-  
ταρχουμεύσαν τοῦ Ἑλλήνων ιερῶν, δύρ-  
θησαν τὸν τῷ Σαρέπτῳ νέων ιερογλυφι-  
κὰ χειρίματα συνεργὸν ἔχοντα τύπον.  
ἄπειροις θεασύμφοι οἱ ἐξ ἑλλήνων χειριστα-  
σάντες, ὅφασαι σημαίνεν τὸν συνεργὸν ἀρχὴν  
τοῖς ιερογλυφικά γινώσκοι χειρίματα  
ζωὴν ἐπερχομένων. Theodoſio magno  
regnante, cùm fana gentilium dirue-  
rentur, innuentæ sunt in Sarapidis tem-

C 5

plo

pto Hieroglyphice littere habentes  
Crucis formas. quas videntes & gen-  
tilium qui Christo iam addicti erant,  
aiebant significare Crucem apud pe-  
ritos Hieroglyphicarum notarum &  
ram venturam. Atqui & à lingua ar-  
gumentum petij, sed nostrâ. Nos in-  
quam Belge hodie bacilos in hanc  
formam, quos ægrorum brachijs  
sustentaculum subjicimus, voca-  
mus ipsâ Latinâ voce *Cruckas.*

## CAP. IX.

*Affirmata Crux. Immissa è scriptis  
maximè Patrum: ipfi alijs per alios,  
& imaginibus per nos etiam expli-  
cati.*

**D**ENIQUE Immissa crux est, cum <sup>in-</sup>  
<sup>missa</sup> ligno erecto transuersum alterum <sup>missa</sup>  
iniungitur atque immittitur, sed sic ut <sup>quod</sup>  
ipsum fecet. Ita eminētia hîc semper  
aliqua & capitellum, aliterquam in  
Commissâ. Etiam anguli hîc siue  
fines quaterni, illic terni. Quis de i-  
stâ ambiget? Ingerunt eam oculis  
Picturæ pariter & Scripturæ prisæ.  
Sed illas omitto aut differo: hæva-

riæ



*A in-  
fuso  
descri-  
pta.*

riæ & obviæ sunt, atq; ex ijs eligam  
non colligâ, nostro more. Iustinus  
signanter in primis deformat ad-  
versus Tryphonem. Explicat vetus il-  
lud vaticinium de Vnicorni, & ad  
Crucem sic aptat. Μονοκέρωτας γδὲ κέρα-  
της χρεὸς ἀλλὰ πράγματος, ή χήματος  
σχοι αὗτις εἰπεῖν καὶ δύοδεξαί εἰ μὴ τὸ τύ-  
πος τὸν Σταυρὸν δείκνυσιν. ὅρθιον γδὲ  
ὅτι τὸ ξύλον, ἀφ' ὧν ὁτὶ τὸ ἀνώτατὸν μέρος  
εἰς κέρας ἐπηρμένον, ἔταν τὸ ἄλλο ξύλον  
πρεσβαριοσθῆ, καὶ ἐκαπέρωθεν ὡς κέ-  
ρας τῷ εὐκέρεστῷ παρεξόργυμα τῷ  
ἀκρο-

ānq[ue] Oas[is] ēt[er]nū q[uod] c[on]tra ueritatem p[ro]p[ter]ū  
m[od]iū oī n[on] e[st] q[uod] d[icit]ur ēx ch[rist]o oī e[st] oī  
ēp[er]oxw[or]t[us] oī st[an]d[ar]d[u]s: I[n]icernis  
enim cornua altere rei, aut figure  
band quissiam similia dixerit, aut o-  
stenderit, quam illi, quae Crucem re-  
fert. Rectum enim unum est lignum  
a quo est suprema pars in cornu subla-  
ta, cūm alterum lignum aptatum es-  
& utrimque tanquam cornua illi tñ  
cornu coniuncta, extrema apparet:.  
& illud in medio fixum, & ipsam  
tanquam cornu eminet, in quo re-  
quiescunt. & innutunat crucifixi.  
Obscuriuscula alibi verba, sed hac  
parte liquidissima, quod eminens  
vnum cornu facit à vertice crucis.  
Iam alij Patrum, variâ imagine,  
non sine lasciuia quadam ingenio-  
rum & stili eam describunt & no-  
tificant. Vt Hieronymus: *Ipsa species*  
*Crucis, quid est nisi forma quadrata*  
*mundi?* Aues quando volant ad æ-  
thera, formam Crucis assumunt. Ho-  
monatans per aquas, velorans, forma  
Crucis visitur. Vt Tertullianus: *Vt*  
*Tertullianus: Vt* *æt[er]n[itas] adoratis, cūm in Tropeis Cru-*  
*ces*

In  
Marc.  
c.xi.

Apo-  
lög.  
c.xvi.

In Dia-  
logo  
Osta-  
vio.

De  
Cru.  
Dom.  
homil.  
21.

ces intestina sint tropacorum. Omnes  
illi imaginum suggestus in signis, mo-  
niti ac crucium sunt. Si parvilla vexillo-  
rum & cantabrorum stola crucum  
sunt. Laudo diligentiam, noluis in-  
cultas Cruces consecrare. Vt Mintu-  
tius Felix: Cruces nec colimus, nec o-  
ptamus. Vos plane, qui lignees Deos  
consecratis, cruces lignicas, et deorum  
vestrorum partes, forsitan adoratis.  
nam & signa ipsa, & cantabra, & ve-  
xilla castrorum quid aliud quam in-  
aurata Cruces sunt & ornata? Tro-  
phæa vestra victoria non tantum  
simplicis Crucis faciem, verum & af-  
fixi hominis imitantur. Signum sa-  
nè Crucis naturaliter visimus in nauis,  
cūm velis tumentibus vechitar, cūm  
expansis palmulis labitur: & cūm  
erigitur iugum, Crucis signum est: &  
cūm homo porrectis manibus Deum  
purâ mente veneratur. Ita signo Cru-  
cis aut ratio naturalis innititur, aut  
vestra religio formatur. Vt Maxi-  
mus Taurinensis: Grande est Crucis  
sacramentum, & si intellegamus, per  
hoc signum mundus ipse saluatur.  
Nam cūm à nautis scinditur mare:

Maxi-  
mo.

prius arbor erigitur, velum distenditur, ut Cruce Domini facta aquarum fluenta rumpantur. Sed & bonus agricola, cum parat terra solum vertere, non nisi per signum Crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale subiicit, afficit (lege affigit) aures, stimam inserit, figuram Crucis imitatur. Calum quoque ipsum hujus signi figurâ dispositum est. Nam cum quatuor partibus distinguitur, Oriente, Occidente, Meridiano, ac Septentrione, quatuor quasi Crucis angulis continetur. Ipsius etiam incessus hominis, cum manus levauerit, Crucem pingit. atque ideo clematis manibus orare precipitur, ut ipso quoque membrorum gestu passionem Domini fastigium. Et diffusissime omnium Iustinus : Κατανοήσατε πάντα τὰ ἀρούρα τῷ κόσμῳ, εἰ ἂν δὲ τὸ χέριατθο τὸ ταῦτα (Σταυροῦ) διοκεῖται, η̄ κοινωνίας ἔχειν διώσαται. Θάλασσα μὲν γὰρ πέμπεται, λὺ μὴ τὸ τερραπτιον, οὐ καλεῖται ἀγίον. Εἰ τῷ μὴ σῶον μείνῃ, γῆ δὲ σύκαρεται αὐτὸς αὐτῇ. σκαπταῖς δὲ ἐργασταὶ καπισῶται, γὰρ βαναστρεψοι ὁμοίας εἰ μὴ Διὸς τῶν τὸ χέριατθο τὸ τερραπτιον εἴη.

γα-

γαλεῖαν. τὸ δὲ αἱθρώτειον χῆμα γέδει ἄλλω τὸ ἀλόγων ζώων Διοφέρει, η̄ τοῦ ὄρθρον τε εἴναι, καὶ ἔκτασιν χειρῶν ἔχειν, γὰρ ἐν τῷ περισσώπῳ δότο τῷ μετωπίου πεταμένον τὸν λεγόμενον μυζωτῆς φαφέρειν, διὸ γέ τοι τὸν αὐτονόμον θέτει τῷ ζώῳ, μηδὲ γέδειν ἄλλο δείνυσον η̄ τὸ χέριατθο τὸ σταυροῦ. καὶ τὰ παρὸν δὲ σίμε Σολα τὸν τὸ χέριατθο τὸ τέλον διώσατε μὲν δηλοῖ. \*\* λλωμένη γέ τὸν τερπαίων ποτού. διὸ ὡς αὖτε περισσόδοις υμῶν πανταχοῦ γίνεται, τὸ ἀρχῆς καὶ διώσαμεν τὰ σημεῖα τὸν τερπαίον δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοῆντες τὸ τερπαίον περιστερεῖτε. Καὶ τῶν παρὸν δότος θυησοντων αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας θέτει τούτω τὸ χέριατθον αἰατίθετε, καὶ θεᾶς Διὸς χαρμάτων ἐπονομάζετε. Considerate omnia que in mundo sunt, aut sine signo hoc Crucis gubernentur, aut possint prabere sui usum. Mare enim non scinditur, nisi tropaeum istud, quod malus appellatur, saluum in navi maneat. Terra non aratur sine eo. Fossores verò opus non absoluunt, neque alijs item operarij Mechanici, nisi per instrumenta que formam hanc referant. At humana figura non alicui re bellis differt, quam quod, & recta

recta sit, & manuum extensionem habeat, & in facie à fronte protensum nāsum per quem & respiratio animalibus est, neque aliud demonstrat quam signum hoc Crucis. Sed & apud vos

not. e huius signi potentiam declarant:

*Vide* \* cùm alia quedam tum tropica, ob quæ progressus & expeditiones ubique vobis fiunt imperij & potentiae signa in istis preferentes, et si ignorantis hoc facitis. Et Imperatorum qui apud vos mortuis sunt imagines in hac figurâ ponitis, & Deos per litteras appellatis. Quæ pluscula posui, quia me quoque inter exscribendum dele&arunt inuentiunculæ istæ Patrum. Spero & te, si plenè intelleges atque adminiculum, figuras istas, habe.

¶

## CAP.



## CAP. X.

In quâ Crucium formâ Christus mortem tulerit? videri in ultima argumento è Patribus & picturis. Rufini non bona fides notata in verbis Pauli citandis sine explicandis.

D

HABES

**H**A BES omnes Crucium species. In quâ earum ille mortuus, qui morte suâ nobis vita? Nc quarendum quidem censem, nisi dubitasse & disputasse viderem viros graues & sacrorum peritos. ego arbitror & pronuncio, in hac postremâ, in illâ inquam, quæ qua- tuor finibus universum orbem cōplexa est, non sine mysterio, quod toti orbi mortuus, Saluator noster lib. III. peperit. Tangit hoc & docet Se- dulus:

*N*eue quis ignoret speciem Crucis esse my-  
calendam,

*Quæ Domini portauit ouans, ratiō- ne \*potenti,*

*Quatuor inde plagis quadrati colli- git orbis.*

*(Eous,*  
*Splendidus auctoris de vertice fulget  
Occiduo sacra labuntur sidere plantæ,  
Arcton dextratenet, medium leuæ-  
rigit axem.*

**Ad E.** Et auctoritas etiam firma à D. Pau- phel- lo, cùjus hæc verba, *Vt possitis com- prehendere cum omnibus sanctis, que sit latitudo & longitudo, & sublimitas* & pro-

& profundum, plerique Doctorum veterum referunt ad Crucem. Au- gustinus: *Erat latitudo in quâ porre- Etæ sunt manus; longitudo à terrâ sur- c. III. & gens, in quâ erat corpus infixum; alti- alibi. tudo, ab illo innexò ligno sursum quod eminet; profundum, ubi fixa erat Crux, & ibi omnis spes vite nostræ.*

**D**e Damascenus: Ωστερ τὰ πέντε αρχαὶ ὁρφ τὸ Σταυρὸν Διὰ τὸ μέσου κέντρος εργασίας οὐσφίγγον). ἔτω Διὰ τῆς τὸ θεῖον διαμάστησ το, τε υψόθε, καὶ τὸ βάθος, μηκόθε καὶ πλάτοθε, ἵνα πᾶσα οργή τε καὶ αἱρετότεροι σιωπήσῃ. Sicut quatuor extrema Crucis per me- dium centrum vincuntur & iun- guntur: sic per diuinam poten- tiā Sublimitas & Profunditas, Lon- gitudo & Latitudo, siue omnis conspi- cuia & inconspicua creatura contine- tur. Palam & ipse quatuor fines nominat, & verba Pauli hic ada-

**Ruffi-** ptat. Ruffinus cur dissentit? qui tres  
ns, sīn- modò agnoscit, & ipsa Apostoli  
gula- rū sen- verbas nefas!) admutilat & detrun-  
tus sen- gensis. cat. Docet, inquit, Apostolus Pau-  
lus illuminatos esse debere oculos  
In Sym- bolo.

*cordis ad intellegendum quæ sit altitudo, latitudo & profundum. Descriptio Crucis est. cuius eam partem quæ in terram defixa est, profundum appellavit: altitudinem vero illam, quæ in aërem porrecta sublimis erigitur: latitudinem quoque illam quæ distenta in dextram levamque protenditur. Mirum, & in verbis Pauli, & in eorum sensu longitudinem ubique improuidè omisit, an de industriâ eiecit? Culpa, si illud: crimen, si istud. Sed ad rem. Poëtæ quoque & Pictores sunt à formâ istâ. Nonnus disertè scribit, Christum sublatum Eis dōp̄ πτερόν λόγον: in lignum quadrilaterum. Et in priscis sculpturis (illis meritò fides) quadrata conspicitur hæc forma. Constantinus Imp. in Labaro suo expressit: & Deus ipse in aëre ei deformarat. In columnis eiusdem Principis, quæ nunc in cognomine vrbe (heu, quò ea recedit?) Crux eiusmodi  insculpta visitur, & utrumque ab alatis Ge-*

*Cru  
x  
in la-  
pidi-  
bus.*

Cap.  
vii.

Génij sustentatur. Quidquid in Numis plurifariam sic appetet? quorum alibi damus typos. Nec meo sensu, ambigi profectò potest, in tam veteri Christianorum sensu. Tamensunt qui de Commissâ siue de Tauformâ contendunt. nec damno, et si dissideo: quia & illi si Titulum superne addis, efficere atque imaginari possis quaternos istos fines.

## CAP. XI.

*Apud plerasque gentium Cruces ferè visitatas. As. ad Syros, Iudeos, Ægyptios, Persas, Africos, Gracos, maximè Romanos. Quando apud eos cœperit? An gr. pñd Germanos?*

**C**RUCES satis vidimus: ubi gentium eæ in vñ fuérint, addam. Etsi vno verbo pñne dixerim, ubique gentium receptas. Oriens quidem plerisque usurpauit, sed que iam olim. De Syris in Esthère <sup>Crux</sup> scriptum: *Suspensus est Aman in pa-<sup>Syri</sup> in susu-  
tibulo, quod parauerat Mardochao.* De Iudeis, in Iosuâ: *qui regem eius iudeis.*

D 3 (Hai)

c. viii (Hai) suspendit in patibulo usque ad re-  
c. xxv speram. Item in Numeris: Tolle cum  
etos Principes populi, & suspende eos  
contra Solem in patibulis. Atque in sa-  
cris libris sapius. Aegyptios etiam  
vulos reperio. ut Thucydides de re-  
Lib. i. ge Inaro: ἀεγδονία ληφθεὶς αὐτούνεώθη.  
Lib. xxx. proditione captus, in crucem est actus. AEG.  
Et Iustinus, in eadem Aegypto: Aga-  
thocles occiditur, & mulieres in vulto-  
nem Furydices patibulis suffiguntur. PERF.  
In Tha-  
lia. Et Persas crebro. Herodotus de Po-  
lycrate: Αποκτίνας δέ μιν σὺν ἄξιος απτ-  
γάσθη οργίης αὐτούνεωται: Interficiens  
eum (quod indignum relatu sit) Orætes  
in Cruce suffixit. Ammianus de suo  
L. ib. xxi. ælio: Elianus Comes & Tribani pati-  
butis scelestè suffixi: capti nempe à  
Persis. Sed Afros vel omnium cre-  
berrimè: qui non in viles modò, sed  
illusterrimas personas adhibebat.  
Atque à Senatu Carthaginem sium  
Lib. ii. etiam Duces, (Valerij verba sunt)  
c. vii. bella præno consilio gerentes, et si prospe-  
ra fortuna subsecuta esset, Crucis suffi-  
gebantur: Video & Græcos usitatiss. GR.  
Plu-  
tar. in Ale- Certè Alexander Macedo Glauco  
xand. medi-

LIBER PRIMVS. 45  
medicum, & Tyrios, & plures cru-  
cifixit. Etiam Xantippus Athenien-  
sis Artaytam Persam, de quo apud  
Herodotum in Calliope extremâ  
leges. Iam Romanis *vetus veteris* Roma-  
mūmque (verba Victoris usurpabo) verba. 39  
q. auct.  
**In Con- supplicium patibulorum.** Si Liuio fr-  
tanci- des, statim sub primis regibus usur-  
no. parunt: & exemplum in Horatio,  
Lib. i. cui id sub Tullo parabatur Etsi Ci-  
cero dissentire videtur, & horridū  
illud Carmen ad Tarquinium Su-  
Orat. perbum auctorem referre. *I. lictor,*  
pro Rabir. inquit, colliga manus. quæ non modò  
huius libertatis mansuetudinis que non  
sunt, sed ne Romuli quidem aut Numas,  
sed Tarquinij, superbissimi ac crudelissi-  
mi regis isti sunt cruciatus carmina,  
Caput obnubito, arbore infelici suspen-  
dite. Quæ tamen aut populariter &  
ad causam Cicero dixerit; aut Cicero  
hoc sentiens, non ab auctore il-  
xpl.  
cutue.  
la Tarquinio fuisse, sed illo maxi-  
mè digna, & apud eum crebra.  
Vtrum horum est, video etiam libe-  
Lib. v. rā rep. statim in cruces. Dio-  
Antiq. nysius de seruis coniuratis: Kai  
άντικα οι μὴ εἰς οἰκιῶν συλληφθεῖσ-  
εις.

ei de cōtrārīā āyopārā dīxētētēs āvēoħħoħo  
wioħdno u āwarriż: Et illico aliq quidem  
ē domib⁹ extracti, aliq ē forū abducti,  
omnes in Crucem acti sunt. & dein  
ceps\* Φαμανόσιος, ut cum Gr̄e-  
cis dicam, testes. Quid Germani?  
nunquid & illi vñi? distracthor. Ta-  
citus videtur dicere: Proditores &  
transfugas arboribus suspendunt. sed  
fortallis ad laqueum & suffocatio-  
nem hoc aliquis trahat. Tamen i-  
dem Patibula etiam attribuit: Quot Vi-  
1. patibula capti⁹, que scrobes: quo nū  
suo & Romano sensu?

## CAP. XII.

Apud Romanos vile fuisse hoc suppli-  
cium, & plurimam seruorum.  
Quas ob causas y affecti.

PLURIFARIA M igitur rece-  
ptæ Cruces, sed vix tamen nisi  
in homines viliores, Romano qui-  
dem ritu. Atque apud eos seru⁹  
rum ferè hoc supplicium, aut ple-  
beiorum qui iuxta seruos. De ser-  
uos. vii. uis mulier apud Iuuenalem:  
Pone Crucem seruo.

Et

In Sa- Et alia apud Petronium: Nec Dijsi-  
tyrico. nant, vt amplexus meos in Crucem  
mittam. Ita enim venustè seruum  
cruciarium appellat, qua facie ser-  
monis Scelus pro scelesto. Seruus  
ipse apud Plautum comiter fate-  
tur.

In Mi- Noli minitari, seio crucem futu-  
lito. ram mihi sepulcrum,  
Ibi maiores mei siti sunt, pater, a-  
ius. proanus, abanus.

Atque adeò peculiare hoc seruis,  
seruile ut nomine seruili supplicij Crux ve-  
suppli. niat capienda. In Tacito: Asiati-  
cum quid: cus (enim is libertus) malam poten- Hist.  
tiam seruili supplicio expiauit: Iterum uHist.  
Sumptum de eo supplicium in seruilem  
modum. In Vulcatio explicatiūs:  
Centuriones rapi iussit, & in crucem In Aet-  
tollit, seruilique supplicio affici. In Ca- dio  
pitolino: Nam & in crucem milites In Ma-  
tulit & seruilibus suppliciis semper af- crino.  
lium fecit. Ergo Liuum sicut enolues: De Lib.  
illu- capti⁹, ut quisque liber, aut seruus,  
bra- suae fortuna à quoque sumptum suppli-  
cium est. Suæ fortunæ: nempe Crux  
seruo reposita, gladius aut securis  
D S. libe-

*De belli nispā* libero. Ipsum hoc ita in Hirtio legas: Prchenſi ſeruitres, & unus è legione vernacula. Serui ſunt in crucem ſublati, militi ceraices abſcīſe. Seruile igitur hoc ſupplicium, ſed non ob leuem, aut cottidianam noxam.

Horatius indicat:

*Lib. I. Serm. III.* *Si quis cum ſcrum, patinam qui tollere iuſſus ſemel ſiſces, tepidumq; ligurrit ius,*  
*In cruce ſuffigat; Labeone inſanior inter ſanos dicatur.*

Indicat, inquam, graues fuiffe & in extremo ſupplicio extremas cauſas. Sed quas illas? agrè vniuerſas dixerim: quasdam adnumerabo.

*In Per-  
tinax.* Delatura domini. Pertinax apud *videlicet* Capitolinum, eos qui calumnyis appetiti per ſeruos fuerant, damnatis ſeruis delatoribus liberauit, in Crucem ſublatis & alibus ſeruis. Sic Macrino iam *Hib. V.* Principe, ſuchoφάνται π. η δέλαι, ὅστις δε αρότας καπήγαλος, ἀνεκλοτοί θησαυ: Sycophanta, aut ſerui, qui cumque dominos detulerant, in crucem ſunt aeti.

Ec

Et in genere, omnis machina contra dominicam ſalutem. Paulus: Si ſerui de domini ſalute conſuluerint *Machis-  
nato.* *Lib. v. Sent. cit. XII.* (Mathematicos, intellige:) ſummo ſupplicio, id. eſt Cruce, afficiuntur. Item Fuga, ſed (ut opinor) diuturna, aut repetita. Cicero tangit: *Deio-* Que Crux huic fugitivo potest ſatis *tato.* ſupplicij adferre? Et Valerius: Cruce *c. VIII.* dignissimi fugitiui. Quin Scipio, a-pud eundem, trans fugas Romanos, tanquam patriæ fugitivos, Crucibus affixit. Simile ſub Auguſto, in Sexti milite puniendo, qui ferè e fugitiui: Γόρῳ δεδελθός, ait Dio, Τίς δεωδεις τῷ τιμωρίᾳ ἀπεδέδη εἰ δέ του μονεῖ; κύριος Κέρκες, ἀνεοκλοπίζετο: Seruitia dominis redditia ad pœnam; quorum domini non exſtarent, Cruci ſunt fixa. Quanquam hīc & alia cauſa ſuberat, Hostilitas in rem Romanam. Hæc & plura in ſeruis: quos mitiores duriorēſve domini, grauius, mitius, pro arbitrio ſunt puniti.

CAP:

## CAP. XIII.

*Etiam liberi quidam in Crucem dati,  
sed viliiores aut nocentiores: ut Latrtones, Sicarij, Falsarij, atque alibi  
& Fures.*

*Cru-  
x  
indi-  
gra-  
lo-  
boris.* **Q**VID autem in liberis? Rara crux, ut prædixi. Quin removere profrus ab hoc genere La-stantius videatur, ubi de Christo. Lib. Cur si Deus fuit, & mori uoluit, non saltem aliquo honesto genere mortis cap. affectus est? cur potissimum Cruce? cur infami genere supplicij? quod etiam homine liberos quamvis nocentes, videatur indignum. Sed frænanda assertio est: & ciue quidem indi-gna Crux, nec credo usurpatam in eos nisi præter leges, & persecuti-  
*tim ci-  
bus.* tiam: viliores liberi & prouinciales, non ab ea profecto immunes. Atque hæc crimina in ijs crucia-  
*Laero-  
nes sic  
paniti.* ria: primùm, Latrocinium. Seneca: Latrocinium fecit aliquis. quid ergo Epit. mersit? ut suspendatur. Cæde alio v. 12. suspedio interpretare. Petronius: In Sa- Imperator prouincie iusit Latrones  
*Cru-*

## LIBER PRIMUS.

*Crucibus affigi. Apuleius: Latronem Lib.  
istum, miserorum pignorum meorum III. de  
peremptorem, Cruci affigatis. Calli-  
stratus IC. tus: Famosos latrones, in Lib.  
his locis ubi græssi sunt, furca figen- xxxix  
dos compluribus placuit. Scripserat de pue-  
nus.  
ille, Cruce, ut post docemus. Cum  
ipso Seruatore utrumque secus la-  
trones duo fixi: quos duo Euange-  
listæ disertè λυσαντες appellant. Lucas  
paullo communiūς κακοπηγες. Dein-  
de Sicariatus. Paulus: In honestiores Lib. v.  
(sicarios) pœna capitis vindicari pla- Sent  
cuit, humiliores vero in Crucem tol- xxiiii.  
luntur, aut bestijs subiiciuntur. Ter- Lib.  
tiò, crimen Falsi. Firmicus: Facient. Matth.  
in crimine falsi comprehensos in Cru- c. xxvi  
cem tolli. Anne & furtum? ita, sed In Ale-  
non Romæ, Lampridius: Cum que-  
reretur a regibus, quid apud eos fures  
paterentur? illi responderunt, Crucem.  
Et mirum nî è Gallis Germanisve  
isti reges, quorum moribus etiam  
nunc Fures ad furcam. Alia etiam  
crimina in hanc pœnam, ne ambi-  
gas; sed ego sileo, quæ testibus aut  
tabulis non consigno.*

CAP.

*Quæcausa falso assignata in Cruce  
Christi e videri Innovationem &  
Seditionem esse.*

CUM hæc vidimus, piè non curiosè quæro, in Seruatore nostro quis prætextus (nam cauſa <sup>chrī</sup> nunquam fuit) ad Crucem? Blasphemiam aliquis dixerit, ex vocibus aut iudiciis Iudæorum. Atque ipsi sanè ita apud Pontificem accusant, & huic noxæ testes queruntur, & ipse denique Pontifex eius damnat. Attamen, si legem spectes, hi tales lapidibus, non cruce puniti. An non verius ac simplicius, totum illud iudicium, et si iudicij dissimile, Romanis moribus legibüs que directum? Mihi videatur. & respondeam damnatum innoxium nostrum agnum, quasi Seditionis nomine & Regni affectati. Certè Romanâ lege, auctores seditionis aut tumultus pro qualitatibus dignitate, aut in Crucem tolluntur, aut bestijs objiciuntur. Quod autem sic etiam apud

Lib. v.  
Pau-  
lus  
Tit.  
xxii.

apud Pilatum accusatus, Lucas clara: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributum dare Casari, & dicentem se Christum regem esse. Credidit nec credit Pilatus: & Titulum tamen causamque mortis inscripsit, *Rex Iudeorum*. Ex Iudæorum quidem libris sarem decidimus, intricamus: nec usquam traditum clarè quæ noxæ ad crucem, nisi quod Philo prodidit de Homicidis. *contra quos Libel-  
lavit Legislatorum mille mortis genera,  
specia-  
si potuisse dilecturum fuisse: cùm non li-  
potuisse, πρωτεῖα ἀλλισ τργοσ θεταζητις, ετο-  
ται, κελδώντας αἰελόντας αἴασκολοσία  
ζεδαι: παναλιαν adiunxit, iubens  
homicidas & sicarios crucifigi. Sed  
tuā pace Philo, ubi hoc legislator  
nusquam expressè, hoc tantum vniuersè: *Quando peccauerit homo,  
quod morte plectendam est, & adiudi-  
catus morti appensus fuerit in patibu-  
lo. Peccatum non designat: & fru-* Deu-  
*strà credo fore, si quis nunc quiz-  
rat. Tamen Theologi vidento, ego  
\* ἡ αἱλοτεργία χερῶν τίδε καὶ τίθητι.**

\* In se-  
lone  
abore  
pedem  
non  
pono.

## DE CRUCE

## CAP. XV.

*Crux interdum liberè & laxè vagata:  
in hostes, in seditiosos, in Christia-  
nos, in faminas denique.*

**I**N hos ergo tales ex ordine & mo-  
re Crux usurpata. Interdum re-  
gnūm ei largius, & præsertim apud  
reges. Nam hi ex libidine s̄pē ita  
s̄euierunt in hostes aut rebelles, &  
vno tempore multos. Alexander  
Magnus ut suprā tetigi, *duo millia*  
*Tyriorum*, captā eorum vrbe, *cruci-*  
*fixit*. Alius Minutus Alexander in  
Iudeā, ἐπώλῳ. ἐπόπτω μετὰ τῶν  
παλλακίδων, αναστρέψας προσέβαζε.  
Iudeā w̄s w̄. Coniuans in publico &  
conspicuo loco vñā cum pellibus, ius-  
fit in Crucem dari Iudeorum ad occi-  
gentes. Quintilius etiam Varus, ex  
eādem gente, ob nescio quem mo-  
tum, ανεστύχως ὡ̄s διχιλιάς crucifi-  
xit circiter bis mille. At Titus in ob-  
sidione illā exitiali, quingenos, &  
plures, in singulos dies Crucibus affi-  
xit.

**Ioseph.** Quinctilius etiam Varus, ex  
eādem gente, ob nescio quem mo-  
tum, ανεστύχως ὡ̄s διχιλιάς crucifi-  
xit circiter bis mille. At Titus in ob-  
sidione illā exitiali, quingenos, &  
plures, in singulos dies Crucibus affi-  
xit. Ηγ̄ι Δλ̄ τὸ πλῆθος χάρχη τε Κυρλείπε-  
το τοῖς διεγεῖς, ηγ̄ι Σταυρῷ τοῖς σωμάσ-  
& ob multitudinem terrā Crucibus, &

Cru-

## LIBER PRIMUS.

33

*Cruses corporibus deerant. Nota,*  
nota. historicā hæc fide, non attol-  
lendicaussā dicuntur, & ab eo qui  
vidit Iosepho. Nec ego miseror.  
abi p̄fīlmanatio, hæc præmia Cru-  
cis illius, quam impiè posuisti no-  
stro & tuo (voluisses modò) Serua-  
natori. Iam & Augustus confecto

Oro- \* Est i-  
bus. bello Siculo, \* sex millia seruorum, dem  
lib. vi. quorum domini non existabant, in Cru- quod  
cap. xvi. cemegit, Et in Christianos Tyrannī ex  
Dione crebrō adhibuerunt, atque eos nu- supra  
merosos. Lego vno tempore, vno  
loco, ad millia decem sic interfecit. e. XII.

Mar- Junii. Atqui nec à famineo sexu absti- Inter-  
tyrol. nuerunt hoc supplicium. & Tibe- dum &  
xxii. fani-  
rius, ob adulteratam in templo Isi- rius.  
Iose- dis Paulinam, τὸς τε ιερέας αἰεταύρως,  
phus. καὶ τιλίῳ λέθῃ φυουέντως αἰπαν: &  
xviii. Antiq. Sacerdotes crucifixit, & Idam (ancillę  
c. vi. nomen) que corruptele causa fuerat.

E Christianis etiam Beata Eulalia, marty.  
vngulas flammásque per pessā, demum Febr.  
cruti affixa martyris coronam accepit. Sed & in Corsicā, sancta Iulia virgo  
cruci supplicio coronata est. Plura in Idem  
Martyrum historiis exempla repe. Maij.  
ries, & si voles, addes.

E

I. LIPSIJ.

56 JUSTI LIPSI  
DE CRUCE  
LIBER II.  
CAP. I.

Transitio ad Modum figendi. premis-  
sum de atrocitate huic supplicij,  
quod Summum & Extremum as-  
tum.

**I**XI satis Quid  
Crux & Cuiusmodi  
fuerit, Vbi & Quare  
vsurpata : pergo  
longius, & uniuers-  
sum hoc pœnale ædificium ex-  
struo, per singula etiam membra.  
Crude-  
le hoc  
Suppli-  
cum.  
Dicam enim *Quomodo* usurpata :  
& non animis solùm, sed pœnè o-  
culis subjiciam scutitatem & fœdi-  
tatem eius supplicij: quæ sanè ma-  
gna. Nec temerè Cicero crudelissi-  
mum tērribilissimumque appellauit: &  
poëta Nonnus  
— ἐλέγχεσθαι τινα πότμον: damna-  
tiſſimum quoddam fatum. Quin  
etiam

LIBER SECUNDUS. 57

etiam Jurisconsulti, nomine *Sum-*  
*mi supplicij*, velut ob eminentiam,  
designant istud. Paulus: *Summo sup-*  
*plicio*, id est *Cracce*, afficiuntur.

Lib. v. Sicut. tit. xxii. L. viii. Ab cādem mente *Supremum* VI-  
Ad leg. Co. i. pianus dixit: Si liberi sint, ad be-  
Falsi. stias dari; si serui, supremo suppli-  
cio affici. cūm enim aliud non ex-  
primat, & de seruis responsum sit,

iure capio Crucem. Curnoni-  
gnem? inquires: cūm Tertullianus  
etiam dixerit & censuerit, *Summam*  
*ignium pœnam*? Quia ex Juriscon-  
sultorum mente, Crux etiam supra  
ignem. Certè Paulus hoc ordi-  
ne *Summi supplicij* tria genera recen-  
set: *Crucem*, *Cremationem*, *Decolla-  
tionem*. Præxit, vt vides. Crux: &  
cum caufâ, si infamiam, magnitu-  
dinem, & præsertim diuturnita-  
tem pœnarum in eâ attendis. Di-

Lib. v. Ad  
Mai-  
tyc. ty. c. tit. 2xii. Lib. v. Sicut. tit. 2xii. L. viii. Et Ex-  
Et Ex-  
puleio de seruo cruciendo: *Certum*  
*extrema pœna*, quæ more maiorum  
in eum competit. An & sic Arno-

Lib. i. Aduer-  
bius? *Crucem mercatur extremam*,  
Gent, quisquis vobis dominis supplicarit.  
E 2 Quod

Quod tamen etiam laxè, & de peste  
aut pernicie cœpit interpretari.

## CAP. II.

*Duplex* figendi Modus, *Vulgaris* &  
*Rarus*. In illo Flagellatio ex more  
semper anteivit.

**S**ED sœui fœdique quid in hoc  
supplicio fuerit, *Modus* ipse di-  
xerit: quem graphicè imus repre-  
sentatum. *Nt* magis possit; parti-  
mur, & duplice eum facimus:  
*Vulgarem*, & *Rarum*. Illum, qui rece-  
ptissimus, & quo vulgo utebantur. Al-  
terum, qui magis sepositus, nec in tam  
assiduo usu. De illo prius: & quidem  
ordine hæc tria, *Quæ ante fixionem*,  
*Quæ in ipsâ*, *Quæ post ipsam*. Ante fixio-  
nem duo adhibita. *Flagellatio* &

**Lib.** *Deductio*. *Flagellatio* quidem solen-  
**xxxiv.** nis antecessor, & raro in crucem  
dati nisi sic purpurati. *Apud Liu-*  
*um*, de seruis coniuratis: *Multo occi-  
si*, *multi capti*, *alijs verberati crucibus  
affixi*. *Verberatos* ecce prædixit. *A-*  
*lexander* apud Curtium, moris hu-  
ijs retinens, eos qui Petram obsti-  
nare

## LIBER SECUNDUS.

58

natè defenderant, omnes verberibus  
affectos, sub ipsis radicibus Petracru-  
cibus insit affigi. Iudæi, apud Iose-

**Lib. v.** phum, μαστρύγματοι της περιβασίας  
**Excid.** πλοι τοῦ θεάτρου παταξίας, αἰσχυ-  
**cap.** νεῦτο: flagellati & præcruiciati ante  
**xxxii.** mortem omnē genus verberibus, cruci-  
figebantur.

**Cōtra Flac-** Philo item narrans Iu-  
dæos Alexandriæ in crucem actos à  
Flacco: hoc addit: μετὰ τὸ αἰνιον  
δαι τοῦ θεάτρου: postquam flagellati  
fuerint in theatro. Solennis ergo

**Apud Liu.** mos, imò lex: & horrendum Carn-  
men disertè canebat: Verbera in-  
tra aut extra pomærium: & tum de-  
nique succinebat: Arbori infelici  
suspendito.

## CAP. III.

*Flagellarum* & *Virgarum* discrimen.

*Illa* magis vilia, & magis acerbaef-  
fe. solere & talis asperari.

**V**ERBERATI igitur: sed v-  
trum virgis an flagellis? Illas  
interdum reperio: sed magis cre-  
brò ista. Discrimen enim esse sci-  
mus: & quia Virgæ honestiores, in *Flagra-*  
**E;** *hone-*

honestissimo huic supplicio aderit  
buta Flagra. Cicero illudens & ca-

Orat. uillans in Labienum: Porcia lex vir-

Rabir. gas ab omnium ciuium corpore an.o.

perd. uit; hic misericors flagella retulit.

Quomodo retulit vnacum Cruce  
scilicet, cui hæc adiuncta. Dixi in-

honestiora fuisse. Ita, & propriè

feruorum. Sic apud Terentium

Adeip. — ad necem operiere loris. SAN. i. Tere-

ris liber?

Exclamat & indignatur, ut in re in-

solenti, quod libero intentata lora.

Et ab hac notâ feruilem conditio-

nen Menæ Horatius opprobat:

Epod. Sectus flagellis hic triumviribus Horatius

Od. iv. Praconis ad fastidium.

Vide Significatà Triumviris (Imperium

Fabr. ijs & animaduersio in seruos) ex-

in Se- sum flagris publicè, idque sub pre-

mestr. L. de conis voce. Itaque & Macer

IC. tuis scripsit, Ex quibus causis liber

L. VIII. fustibus, ex his seruum flagellis ca-

C. I. de di. Et Impp. rescripserunt, mu-

xepud. liorem habere iustas diuortij cau-

sas, si se verberibus, que ingenuo

aliena sunt, sufficientem maritem

pro-

## LIBER SECUNDUS. &

probauerit. Flagra hæc ipsa in-  
telligunt: quæ cùm ab ingenuis,

tum à fæminis remota maxime.

Atque ut nouum & seuerum in

Lib. 1. Licens Pontifice narrat Valerius: Vale-

Cap. 1. quod ei virgo Vestalis, quia pa-

rum diligens ignis eterni custos

fuisse, digna visa est, que flagro ad-

Lib. moneretur. Flagella autem hæc a-

viii. de spera. adeò ut Vopianus scripse-

pœnis. rit, ministrorum immanitate, multos

Lib. 1. sub eiusmodi flagellis interisse. Et Hor-

Serm. 111. ribile etiam id Horatio vitum agno-

minare.

Nec scuticâ dignum, horribili sectè-

re flagello.

Flagela

Quod magis fuit, cùm ea insitis ta-

lis auto sculeis exasperabant. Factū

Romæ, atque alibi. Eustathius dici-

notat ἀσπαγαλωτὰς μάστυγοτὰς ἐξ ἀ-

σπαγάλων τινεργυδίων κατακρητμένας.

Flagratalaria, quæ talis insertis inuolu-

tiſque confecta sunt. Apud Athé-

næum quispiam recenset, in Par-

this optimates quoque & Satra-

pas, vbi visum Regi, parēdous καὶ

μαῖῶν ἀσπαγαλωτίς μαστυγόθεα: viii-

E 4. gis

*Gallus & loris taxillatis cedi. Apuleius agnoscit, & Flagrum pecunis offibus cathenatum, scite appellat. Ille idem Gallis Matris deum adscribit. Arreptio flagro, inquit, quod semiuiris illis proprium gestamen est, contortis tenuis lanosi velleris prolixè fimbriatum, & multiugis talis onium tessellatum, indidem sive multinodis commulcans ictibus. Et Plutarchus appositè ad eius lucem: Οὐδὲ μάστιγος ἐλεῖται.*

Lib.  
viii

*Εβρι-  
στο-  
flagri-  
caſſe. An tale aliquod flagri genus, quo Christus etiam noster caſſus? im-  
ginantur aut pingunt per pietatem non nulli. Haud ego affero: sed il-  
lud Euangelistæ, caſſum esse & qui-  
dem flagro. Sic enim Matthæus,  
corruptâ ipsâ Latinâ uoce: Τὸν δὲ  
Ιησοῦν Φρεγγελώσας παρέδωκεν Ἰα-  
ωθῆ. Iesum cum flagellasset, tradi-  
dit ut crucifigeretur. Ιμάθλιο, id*

cit,

Lib.  
viii.  
Eccl.

est, lorem flagellum appellat Nonnus.

*Πρεδανὴ χεισθίο δέ μας Θανάτου ιμά-  
θλη.*

*Horribili Christi corpus rubefecit  
habenā.*

## CAP. III.

*Solitos ad Columnam verberari; atque aliás per viam. De ipsâ columnâ cui sacrum corpus annexum.*

*S*ED obserua. Flagellatio hæc pluri-  
non uno semper loco, aut tem-  
pore. Aut enim ante Deductio-  
nem vtebantur, idque domi, aut in  
prætorio: quod in Seruatore fa-  
ctum, aut in ipsâ Deductione, per  
viam: quod moris fuit magis prisci.  
Si domi, ligabant interdum ad co-  
lumnam. Firmamenta huic ritui  
non tam multa reperio, reperio ta-  
men. Artemidorus ubi somnium  
narrat serui, qui visus sibi ab hero  
δέφεδαι, decubi & turpiter tangi:  
addit, περοδεθεὶς κιόνι πολλὰς ἐλασ-  
πληγὰς columnæ alligatus, multas ac-  
cepit plagas. Phileas etiam apud

E 5

Eu-

*ad co-  
lumnæ  
domi.*

**Epist.** Eusebium, sennitiam in Martyres,  
**cap. x.** qui Alexandriæ referens: Αλλοι δὲ  
τοῖς τῶν κύρων αἰπαρχόσωντι ἐδουλεύγοντο.  
Alij autem ad columnas vultibus in-  
ter se aduersis, astringebantur: & de  
**Bac-**  
**chid.** flagellatione sentit. An & Plautum  
sic accipimus?

— *Abducite hunc* Plaut.  
*Intrò, atq; adstringite ad columnam* inx.  
fortiter.

Ego quidem: ethi ad custodiam  
modò id factum aliquis pertendar.  
Sed de Seruatore nostro non am-  
biguum, pijs quidem & in religio-  
ne antiquis. Cbr. 1d  
non exprimunt: tamen secuti Pa-  
tres. Prudentius clare, & cum ritus  
quoque prisci attestacione:

— *atque columne*  
*Annexus tergum dedit, ut serui-*  
*le, flagellis.*

**Epist.** Hieronymus & suo uxo exstitisse  
**ad Eu-**  
**goc.** commemorat: ostendebatur illi  
(Paulæ) *Columna, Ecclesia porticum*  
*sustinens infecta cruore Domini, ad*  
*quam vincus dicitur & flagellatus.*  
Indicat fulcri usum habuisse in  
diffi-

**Ibidē.** dificio templi: quod ipsum Pru-  
dentius. Perstat adhuc, templum  
que gerit veneranda columnæ. Et-  
si Bedæ tempore in medio Eccle-  
siæ fuisse, ipse restatur. Meminit  
**De**  
**Glor.** huius quoque, & miraculorum per  
**Matt.** eam, Gregorius Turonensis. Hæc  
**cap. II.** domi flagellatio, & ad columnam:  
**Lib. III.** quid per viam? sub furcâ id factum,  
**c-III.** de quâ in \* loco dicam.

## CAP. V.

*Crucem suam tulisse, aut totam, aut*  
*eius partem.*

**A**D Deductionem venio, in  
quâ duo obseruo, *Ludibrium*  
& *Tormentum*. Ludibrium, quod cruci  
ip̄i coacti crucem suam ferre, aut bumen  
certè eius partem: vt verè esset rupe  
illud quod dicitur, *Suosibi iumen-*

**Lib. II.** *tomulum.* Artemidorus: βασι-  
**c. LXX.** Σεν πνὰ τὸ δαμόνων χθονίων, καὶ  
κύργῳ μὲν ἴδοντι σταυροῦ αὐτῷ ση-  
μαίνει. ἔοικε γὰρ καὶ ὁ σταυρὸς θαρά-  
τῳ, καὶ ὁ μέλλων περιπλάναθαι περίπα-  
τον αὐτὸν βασίζει: ferre aliquem

Deo-

*Deorum inferorum, malefico quidem  
id videnti Crucem prodicit. Similis  
enim & Crux mortis; & qui in ea figura-  
dus prius eam portat.*

*Plutarchus  
etiam comparatione quadam utili-  
tate. Καὶ τῷ μὲν σώματι τῶν κολαζόμενων ἐκα-  
τέρῳ τῶν κακάγον ἐκφέρει περὶ αὐτῶν  
Σταυρὸν δέ κακία τῶν κολαστηρίων εἰς  
ἐκατέρῳ ἔκαστον εἰς αὐτῆς τεκτάνεται: Εἴ  
corpore quidem quisque maleficorum  
suam effert Crucem: malitia autem  
cruciatum quemque in se, ex se, gignit  
& fabricatur.*

*Bene hoc & salu-  
Petrō. Et iterum Plutarchus: & Dij deaq. (ait  
Satyr. quispiam) quād mālē est extra legem  
viventibus? quidquid metuerunt, sem-  
per expectant. Sed repono me in  
C. xix. gradum. Ferebant Crucem, atque <sup>Fecit</sup> <sub>Chr̄</sub>  
ita Iohannes de Christo: βασιλεὺν τὸν βασιλεύντα.  
Σταυρὸν αὐτὸν ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον  
κερχίς τοπον: baiulans suam Crucem,  
exiuit in locum Calvaria dictum.*

*Quā solā causā vetera quādam va-  
ticinia aut imagines Doctores no-  
stri ad Christum trahunt. Ut Ter-  
tullianus hoc de Isaaco. Cūm, in-  
sus Iu-quit, Isaac à patre hostia duceretur &  
lignata*

*d̄c̄os lignum ipse sibi portaret, Christi ex-  
cap. x. itum iam tunc denotabat, in victimam  
concessi à Patre, lignum passionis sue  
baiulantis. Idem in Isaiae verbis istis:  
Eod. Cuius imperium factum est super hu-  
lib. merum ipsius. Solus, ait, nouus rex  
Christus nouae gloria potestatem &  
sublimitatem in humero extulit, id est  
Crucem. Et Christus sanè totam  
plenāmque Crucem tulit. Ni fe-  
cisset, quid opus erat auxiliatore &  
subsequā, qui ad leuasset? Alij non  
semper totam: atque ideo cautē  
prædixi, eius partem. Nam qui ritu  
veteri sub furcā cæsi ducebantur,  
\* ferebant non nisi istam. Imò in-  
terdum nec istam. Nam fac in ar-  
bore aliquā crucifixum, & subitq;  
profecto, præter se, nihil tulit.*

Vide  
lib. iii.

## C A P. VI.

Deductos cum vexatione, Stimulis et  
iam actos.

*TORMENTUM etiam in De-  
ductione: quia trahere, diue-  
xare, & stimulis agere per viam so-  
lent, Dionysius de tractione, <sup>3</sup> Lib.  
diazo Antiq. <sup>vii.</sup>*

di ἀγορᾶς ἀντὸν μαστυγώμενον ἐκέλετο  
εἶναι per forum flagellatum ipsum,  
trahere eos ius sit. Nec dubium est  
quini impulerint, deiecerint, ere-  
xerint, per saevitiam aut per lu-  
sum. De Stimulis etiam non te-  
merè addo. & apertè auctor adfir-  
mandi Plautus, apud quem conser-  
uo seruus:

*Mo- stellar.* O carnificinum cribrum! quod crie-  
do fore,

Ita te forabunt patibulatum per  
vias

Stimulis, si noster huc reuenerit se-  
nex.

*Afi- sat.* Habes Stimulos, idque in Patibulato  
(ad furcam adstricto) & per vias.  
Iungit iterum cum Cruce Plau-  
tus: *Stimulos, Laminas, Crucisq[ue]*.  
& alias meminit, sed sic ut seorsim  
eos fuisse sciamus inter crucia-  
tus & tormenta, sicut laminas  
& ignes. Pictores nostri assercu-  
lum siue tabellam imæ Christi vesti-  
ppingunt, quæ clavis præacutis  
consita pedibus calcibusque eun-  
tis illidatur: nunquid alludentes  
ad

ad hanc Destimulationem? quæ  
tamen stimulis aliis facta. quos ob-  
longos, siue è sudibus præacutis,  
siue & ferro præfixis gestabant ad  
hunc usum. Sumptum à bubus,  
quos sic extimulabant. Sed nisi ea  
Pictorum mens, ipsi vidento: ego  
inuenti uncus eius nec auctor  
sum, nec interpres.

## CAP. VII.

In ipsâ Fixione nudi in crucem dati:  
an altam, an in terrâ depositam?  
id quasitum, & utrumque firma-  
tum.

**I**STA sunt quæ Ante fixionem:  
nunc quæ in ipsâ. Tria conside-  
ro, Suspensionem, Astrictiōem,  
Inscriptionem. Suspensione præit,  
& ante illam etiam Nudatio. *Nudatio*  
quia simul ad crucem ventum, *antre-  
sitione*, spoliabant hominem, & sic in  
eam dabant. Receptum hoc in ple-  
ritque suppliciis, velut Naturæ sua-  
su, quæ nudos induxit in vitam, & e-  
ducit: etiam in isto. Artemidorus:  
*cap. Lib. II.* *Egyptiorum agoræ* *et minora* *mag-*

Ἐψηλὸς ὁ σταυρόθεις. τὰς δὲ πλεοῖς  
βλάπτει γυμνὸν ἡ συνεργόται. Crucifigi  
bonum pauperi, quia sublimis est cruci-  
fixus: noxiūm verò diuiti, quia nudi  
crucifiguntur. In Christo factum  
hoc obserues: quem Euangelistæ  
narrant recepisse vestes post flagel-  
lationem iam deducendum, & po-  
suisti iterum deductum. Ergo hu-  
di dati in crucem: sed Iacentem an  
Erectam? Pro Iacente, Acta vetera  
de Pionio Martyre: Vt rō se vesti-  
mentis spoliant, & in calum suspiciens  
ac Deo gratias agens, super lignum sei-  
psum extendit, militique tradidit ut  
clavis configeretur. Satis clare: at-  
que etiam mox clarius: Eum igitur  
ligno fixum erexerunt. Dici nihil  
potest, quin fixio hīc in Iacente fa-  
cta fuerit, quæ pōst erecta. Et ra-  
tio etiam aliqua suadet. Nōnne e-  
nim facilius hominem sic affigere  
supinum & inclinatum: quām tol-  
lere in erectam, pendulum, laben-  
tem, fortasse & relutantem? vide-  
tur. Tamen quod in Erectam, plu-  
sculi adfirmant testes. Cicerō in  
Gauia-

Pro  
subla-  
ra.

Lis.  
an.

## LIBER SECUNDUS. 71

Gauianā cruce describendā: Quid  
attinuit, cū Mamertini more atque  
instituto suo Crucem fixissent post ur-  
bem in viā Pompeiā, te iubere figere in  
viā quæ Rhegium spectat? Et verba  
& rei seriem vide, obseruabis fi-  
xam primò crucem, & tum in eam  
datum. Idem in Rabirianā: In  
campo Martio Crucem ad ciuium sup-  
plicium defigi & constitui iubes. Sta-  
bat iam defixa, dum caussa dicere-  
tur, & cruciarium suum exspecta-  
bat. Galba apud Suetonium, cui-  
dam inclamanti se ciuem Roma-  
num esse, multò pr̄ter ceteras altio-  
rem & dealbatam crucem statui inſit. Lib.  
Statui, ac tum suffigi. Iosephus de  
Iudæo quodam à Romanis capto: Iud.  
Ο δὲ βάσις οὐ προσέρχεται καταπηγμός  
Σταυρῷ, ως αὐτίκα κεφαλῶν τὸν Ἐλεάστρα  
εγν. Bassus inſit defigi crucem, tan-  
quam statim suspensus in eā Eleaza-  
rum. Denique & libro Esdræ:  
Vt omnis homo qui hanc mutauerit in cap.  
iussionem, tollatur lignum de domo  
ipſius, & erigatur, & configatur in eo.  
Vtrobique hīc erectio, fixionem

F.

an.

antecedit. Nec video quid obducere poslit: nisi istud infirmum, statutas quidem, sed sub aduentum noxijs iterum demissas. Quis credat? aut irriti laboris quæ ratio? Abnuunt etiam phrases veteres, quas scimus plerumque adsimiles rebus ipsis. Dicunt enim *Tollere, Agere, Ferre.* <sup>steri</sup> *Dare in crucem:* quæ omnia elationis sunt, aut mollitionis. Item in <sup>pro</sup> <sub>subi</sub> *psis* sotibus, *Excurrere, Ascendere, Salire,* in crucem: quæ mihi videntur conuenire non nisi in Erectam. Priorum phrasium exempla nota atque obvia sunt; posteriorum cappe ista. Plautus:

<sup>Mo-</sup>  
<sup>stellar.</sup> *Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrit.*

Prudentius.

<sup>περὶ</sup>  
<sup>σφ.</sup> *Crux illa nostra est, nos patibulum ascendimus.*

Plautus.

<sup>Hym. x.</sup> *Credo hercle adueniens nomen mutabit mihi,*

*Faciētq; exemplo Crucifalum me ex Chrysalō.*

Sed

In  
Chri-  
sto pa-  
triis.

Sed & testes, in ipsâ narratione, pro Erectâ. Nonnus de Christo:  
*Eis δέ περάπλους εἰς ήρον, υψόδι γαῖς*

*Ορθον ἐξετάνωσαν.*

*In lignum quadratum, altum, ter-  
raque levatum,  
Rectum extenderunt.*

Deeodem Nazianzenus.

*Αυτίχ' ὄμιλος ὁρανοδέρμων ξύλῳ  
Ανῆγον, ἥγον, τὴν εἰς ἀκρην τέλον.  
Ορθὸς δὲ ἐς οὐρον αἴθερ ἐσπείζεται.  
Εσκλῶνται δὲ ἐγκάρποις ἄλλον διάβως  
Ἐτεναν, ἐξετεναν, ἥλωσαν χέρας,  
Πόδας δὲ καθῆλωσαν σὺ πηκτῷ ξύλῳ.*

Quorum versum (haud saniè \* o-  
ptimorum, liberè dicam) hæc sen-  
tentia. *Ductum & subductum in Traga-  
aitam crucem, ad ultimum eius finem: manus  
rectum ita statutum: tum ad transuer-  
sus farium lignum manus fixas: deni-  
que & pedes ad stipitem desixum.* <sup>\* Neg-  
scio an  
ipsa  
Traga-  
dia ergo  
manus  
ad ultimum  
transuer-  
sus farium  
manus fixas  
denique  
pedes ad  
stipitem  
desixum.</sup>  
Atque ista pro Erectâ. In dissen-  
su autem nos quid definimus? con-  
sensum, quâ licet. Dicimus utrum-  
que usurpatum, sæpius tamen hoc  
postremum. Imò interim neces-  
F2 Sæpius

sariò hoc postremum. Pone enim in arbore suspensos (sæpe factum:) quomodo demitti ea potuit, & tunc attolliri?

## CAP. VIII.

*Clavis figi solitos, interdum funibus adstringi.*

**S**ED iam ad *Adstringentem* transeo;  
De vit. quæ facta clavis, aut funibus, sed  
beat. plurimum illis. Seneca : *Cum refi-*  
*cere se crucibus conentur, in quas u-*  
*nusquisque vestrum clavos suos ipse ad-*  
*igit. Ita legendum, non adiicit.* Illi,  
inquit, conantur tollere se de cru-  
cibus suis: vos contrà magis magis-  
que affigitis, & clavos adigitis in  
lignum. Meminit & Apollo in ora-  
culo quopiam, de Christo:

**A**pud *Laetat.* Γόμφοις τῇ σκολόπεωι πικέωι αἱ-  
*τλησι πλεύτηι.*

*Clavisque & palis mortem exanta-*  
*uit acerbam.*

Loquitur de hac eius morte per  
**L**ib. II. crucem: quia, ut Artemidorus ait,  
**c**ap. cap. οἱ ξύλων καὶ ἥλων γέροντες ὁ σωρός. *ex*  
**L**ib. III. lignis. *&* clavis crux confecta est.

Atque

**A**tque ab hac re Græcis pañim ipsa  
crucifixio, *ωροσήλωσις* dicta: quasi  
**C**öttra dicas *clavi-fixio*. Vlpianus in Demo-  
Mid. sthenem explicat *ωροσηλόθαι*, *σταυρόω ωροσηλόθαι τοις ήλοις* cruci affi-  
**lib. III** gi clavis. Et fortasse eò respexit  
Strabo cum de Cantabris dixit,  
*αιαπεπηγότας θήτη τῶν Σταυρῶν suffixos*  
*incrucibus.* Ergo de clavis certum;  
an etiam de funibus? sunt exem-  
pla. Autonius suum Cupidinem  
facit

*Deuinctum post terga manus, sub-*  
*strictaque plantis.*

*Vincula merentem.*

**L**ib. II. **e** cap. **viii.** Et communī ligandi verbo in hac  
re Artemidorus usus: *σταυρόθαι*,  
inquit, *αὐδεὶς αἰγάλων γάμου ωροσηλό-*  
*θεῖς Δῆτη τῷ δέσιν.* *Crucifigi* (in so-  
mnis) *viro calibi nuptias designat, ob-*  
*ligaturam.* quia scilicet ligno iun-  
gitur copulatürque. Plinius inter  
**xxxix.** *magicas ineptias Spartum etiam ē*  
*c. IV.* *crucenumerat, id est sparteos fu-*  
**L**ib. III. *lines.* Quid, quod D. Andreas ita al-  
*Hist.* ligatus? Abdias aperte, & caustam  
**A**po. etiam addit: *Proconsul mandat que-*

F 3 siona-

*stitutionarijs, ut ligatis manibus & pedibus, non clavis affixus suspendetur, quo diutino cruciatu deficeret.* Ex quo colligas, habitum id magis sequū. Etsi prima fortasse crucifixio talis, & in Liuij prisca scriptisque

Lib. i. libris legas: *Arbori infelici teste suspedito.* Reste, inquam, additur: quod tamen heri ac nuper eiecerunt correctores. An sic quoque appensi latrones bini, qui cum Christo? Vulgo sentiunt, nec aliter pingunt. Tamen falsò: quia illi, pariter  
In cap. ac Christus, fixi. Nonnus adfirmat.  
xix.

*κέντροις απτύπωσιν ὅπῃ Σταυροῖς θεά  
θέντες.*

*In cruce preduris clavis fixi, ing. ligati.*

Et magis Historia prisca, quæ est de Helenâ Constantini matre. Ea cum venisset sacra & Deo-homini tritola, cupidine visendi & venerandi: de Cruce etiam inquisuit nostrâ illâ seruatrice. Fodit, tres repetit, ac diu animi anceps hæsisque esset illa vera. Nam Titulus, quo dignosci potuisset, iacebat seorsim  
disie-

disiectus. Denique miraculo & diuinâ indicatione opus fuit ad discernendum. Quid autem opus, si vestigia clauorum modo in vna? Argumentum certum est, & res ipsa per Ecclesiæ annales.

### CAP. IX.

*In quibus partibus clavi, & quo numerò?*

**C**LAVOS autem istos, siue & funes, in manibus pedibusque fuisse satis notum. Nonnus de Servatore:

*Καὶ ποὺς καὶ παλάμης σιδήρεα κέντρα  
χορίζει.*

*Et pedibus manibusque ferens stimulos ferratos.*

Tertullianus de veteri vaticinio:  
**A**dver. *Foderunt manus meas & pedes ] que*  
**I**ud. *propria atrocitas crucis. Habent atrocia libri scripti: & rectè, vt amatlo-*  
**c**ap. x. *qui ille Scriptor. At quām multi quod*  
*isti clavi? enim uero dissident. Alij clavis*  
*de ternis asserunt. vt Nonnus, qui in peccatis*  
*Christum depingit.*

— ἀμετρήτῳ δὲ πεπαχυόν τοις οὐ γομφώ  
Διπλόον ητος ἔχοντα μητέοσπουνον  
ορμή,

Ποσὶν ὁμοπλεκέοσιν.

Facit ecce magno & singulari clauso  
pedis utriusque pectusculum transfigi,  
& quidem uno ictu, idq; pedibus mutuè  
impositis & complicatis. Claram eit.  
In Christo pa- etiam illud Nazianzeni, pariter de-  
tiente. Christo, ubi cruce deponitur:

Γυμνὸν τρισήλων κείμφον ξύλῳ λαβάσ-

Nudum triclaui repositum ligno  
auferens.

De Glor. At contrà tamen tendunt alij, &  
c.vi. suggerunt quaternos. De eodem  
Christo Gregorius Turonus: *Cla-*  
*norum dominicorum, quod quatuor tu-*  
Serm. *uerint, haec est ratio. Duo sunt affi-*  
De Pas- *xi in palmis, & duo in plantis. Sed &*  
fessione. *Cyprianus melior maiórq; auctor*  
*πληθυνώς scripsit: Clavis sacros*  
*pedes terebrantibus. Quid, quod*  
*Plautus ex more astruere videtur*  
*tantos?*

Mo- Ego dabo et talentum, primus qui in  
stellar. crucem excucurrit,

Sed

. Sede à lege, ut offigantur bis pedes,  
bis brachia.

In *Plano* Nisi is tamen ibi sensus, vt seruu-  
*pous* lus ad maiorem quasi cautionem,  
*explicatio* & ne facilè se refrigeret, voluerit  
non semel manus pedesque, sed bis  
singulare figi: ita inquam, vt bini in  
quoque membro essent clavi.

*Plures* Quam magis considero, tam magis  
*bis* hoc dictum cēñeo: cùm id quoque  
*clavis* reperiam, per sauitiam multiplicati-  
*fixa* cos alibi clavos. Vt in Martyrolo- <sup>III.</sup> No-  
gio: *Agricolam plurimis clavis Crucis* uemb.  
*affigentes interemerunt. Interdum* <sup>xxix.</sup>  
*& in aliâ corporis parte. In eodem* <sup>No-</sup>  
Martyrologio: *Philomenus mani- uemb.*  
*bus pedibusque, ac demum capite clavis*  
*confixo, martyrium consummauit.*  
Itaque si morem veterem vides; ar-  
bitrarium fuit de clavis, & frustra  
litigemus. Si de Christo tamen  
quaeritur; nescio, & in dissensi Pa-  
trum non est mecum arbitrari.

## CAP. X.

Ordo & Modus affigendi. An lignum a-  
liquod in Cruce suppedaneum?

F. 5

ADDO

*Manus primū fixa.* ADDO magis de figendi modo. Is fuit, ut manus primū figerent, inde pedes. Graphicè Lucianus in Dialogo vbi Prometheus figitur. Vulcanus Mercurio loquitur: Ανεταυρώσθω, ἐκπελασθεὶς τὸ χειρε δάστηται τοῖς τὸ ἀντίον Crucifigatur, extensis ambas manus ab hac parte in aduersam. Atque initium à manu dextrâ. Ibidein Mercurius Prometheo: Αλλ' ὅρεγε τὴν δέξιαν. οὐδὲ τὸ Ηφαίστε, κατάκλειε, καὶ προσκλήσ, καὶ τὴν Φύραν ἔρρωμόν κατέφερε δός καὶ τὴν ἐπεραν, κατειληθώσκει μάλα καὶ αὐτῆς. Sed prebe dexteram. tu autem Vulcanus, astinge, & confige, & malleum fortiter remitte. Da & alteram, quō illa etiam rectē adstringatur. Tum itum ad pedes. Sed ambigas, Manūsne fuerint toti moli ferendę. Apparet enim corpus omne (præpotere-ferre-cessit) si quis pedes infleteret) pendu- pēdisse à manibus solis. Ego ita ar- bitror. Quidni? Duræ & neruoso- corpore? illæ partes, & lentæ frangi. Fortas- semper se nec in mediâ semper manus vo- in ipsâ lâ clavi fixis led superius paullo quâ- cum

cum brachio coit, id est, circa carpum. Plautus facit suspicari, qui disertè scribit brachia offigi, non manus. Sed puto equidem amplius. si corpus grauius, aut manus tenuior; adminiculum s̄epe fuisse funes. Illos quoque additos, & circa humeros aut peccus medium, ad crucem adstrictos. Hoc malim, quām cum alijs asserculum siue tabellam indu-<sup>De ea-  
cere, in quā innixi & fixi simul pe-  
dantes.</sup> fabrica, imò delicata. Tamen in Christi cruce Gregorius Turonicus agnoscit; quia nō fuit, an quia piè imaginatus est? Ipse quidem sic: In stipite eretto foramen factum manifestum est. pes quoq; parvæ tabulæ in hoc foramen insertus est: super hanc verò tabulam, tanquam stantis hominis, sacrae as-<sup>fixæ sunt plantæ.</sup> Nec scio an illuc Innocentij hæc referenda: fuerunt in cruce dominicâ ligna. quartuor, stipes erectus, & lignum transuersum, truncus suppositus, & titulus superpositus. Nam vidi qui de Trunco sic acciperent; et si vox vide-<sup>tur</sup>

De  
Glor.  
Mart.  
c. vi.

Serm.  
I. de v-  
Mart.

tur abnuere: quæ parum apta ad minutam illam tabellam. Verba etiam plura & sequentia Innocentij cùm examino, sentire eum dixerim nonde hac imposita, sed verè (vt loquitur) *supposito truncō*, è quo ipsa crux surgat. Ita enim sensu videtur: truncum aliquem fuisse, siue fulciendæ cruci in imo appositum (*αἵρεσίδια* Græci id genus obliqui sustentaculi vocant;) siue sub ipso recto stipite in terrâ, cui ille immissus, vt firmior staret. Neque ego assero id factitatum: sed mentem scriptoris pono. Trahunt etiam Irenæum istuc, qui crucem sic Lib. II. deformat: *Ipse habitus crucis fines & c. XLII. summitates habet quinque: duos in longitudinem, & duos in latitudinem, & unum in medio ubi requiescit qui clavis configitur.* En, inquiunt, medius ille finis tabella est, in quâ corpus requiescit. Fateor verba huc ire, nec temerè contenderim de alienâ mente. Tamen Iustinus martyr, è quo sumpta hæc videntur, sic de isto fine, *καὶ τὸν τῷ μέσῳ πηγοῦ-*

*στρυγόνυμφον ξύλον ὡς κέρας κρατεῖ αὐτὸν ἐξε-* Lib. I. *χονεσίν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦται οἱ συνεχόμενοι τρυφ.* cap. IX. *Et illud in medio defixum lignum, ut Iud. cornu ipsum etiam eminet, in quo ferrantur & quasi inueniuntur, qui crucifiguntur. Cornu id appellat, & notare vult: quomodo apte in planâ hac tabellâ? Videndum ne veterque ille scriptor aliud intellegat à iam dicto sensu. Dividunt crucem Lib. III. in quinque fines (*Apices Tertulianus* scitè appellat:) quatuor illos, qui noti sunt & incurruunt:*



quia-

quintum, quem in mediâ **cruce** collocant, ubi lignum transuersum scindit transitque stipitem defixum. Hac consideratione, quinque sunt fines; & unus ille stipes (sed sectus) facit ternos. Quod autem aiunt *in ehi* & *requiescere*: verum est, corpus acclinatur ei & quasi innititur a tergo. Augustinus hoc sen Lib. i. su scriptis, *Longitudinem crucis a terra*. cap. x. *râ surgentem, cui corpus erat infixum.* An totum corpus & imò pedes tantum quod liquet: sed adfixum innixumque intellegit, nec scio an innixum scripsit. Tamen in picturis sculpturisque etiam priscis vestigium tabellæ hujus exstare audio: non ergo temerè spreuerim. non certè à Christi cruce: de alijs, audacius. Quod enim vestigium in scriptoribus antiquis?

## CAP. XI.

*De Titulo, quid is Latinis? quomodo ascriptus, aut prelatus.*

**POST Astrictionem Inscriptio.**  
Quid ea est? Caussa supplicij, & ipsum

Vide  
suprà  
Lib. i.  
cap. x.

In c.  
xxix.

ipsum crimen, & Romanâ voce *Ti-  
tulus*: quâ & Iohannes est *ysus*. At-

que item Nonnus:

Γεράμμα, τόπερ καλέγοι Λατινίδι Τί-

τλον ιων.

Matthæus *Aitias* bene & signanter dixit. Glossæ Græcanicæ veteres: *Aitia, caussa, materia, titulus*. Exdem Latinæ, *Titulus, ἐλέγχος*. Latini etiā passim pro caulsâ. Ut poeta:

*Et poteris titulum mortis habere  
mea?*

Lib. Valerius: *Fine vita nostræ varijs & os-  
culis caussis exposito, interdum qua-  
dam immerentia supremi fati titulum*

*occupant. Atque hic Titulus præ-  
ferri, aut apponi solet damnatis,* Da-  
*matis*, ante-

*Cap. Præferti, ut in Suetonii Caligulâ: Præ-  
ferri cedent etiulo qui caussam pœna indi-  
solitus.*

*Apud  
Enseb.* caret, per certus epulantium circum-  
ducitur. Epistola Lugdunensi.

Lib. v. um, de Attalo Martyre: Περιαχ-

Cap. 1. Ιεις κύκλωτε αμφιθέατρο, πίνακισ-  
τον περάγονται, το οώ σημεραπό ρω-

μαισι, Ουτοι δὲ οι Αιταλοι ο χεισια-  
ρος Circumactus per amphitheatum,

tabellâ ipsum praecunte, in qua Latinè  
scri-

*vel in scriptum, Hic est Attalus Christianus.*

*apponi.* Sed & appendi, aut apponi damna-

tis solet. Suetonius Domitiano:

*Patrem familiās detractū ē specta-*

*culis in arenā canib⁹ obiecit cum*

*hoc titulo, Impiè locutus parvulari⁹,*

*Quintilianus ostendit Gladiato-*

*res quoque sic productos: Quidam*

*ut patrem sepeliret, auctorauit se. Die*

*muneris productus sub titulo cauſa,*

*rudem populo postulante accepit. Sed*

*facit propriè ad Crucem Dionis Lib.*

*locus de seruo, quem dominus agi*

*in crucem, idque per forum iussit;*

*μὲν χαριμάτων τῶν αἵτια τῆς θανατί-*

*στοις δηλόγων. Cum litteris (sive Titu-*

*lo) que cauſam mortis aperirent.*

Sæpè etiam neglecto aut spreto ti-

tulo contenti Superdictione fue-

runt, idest ut Præconis præcuntis

voce populo id nuntiaretur: de quo

more alij, & ego alias:

### C A P. XII.

*Post fixionem, quomodo mortui in cru-*

*ce? languore, aut fame. Vitalitas*

*quorundam.*

BENE

*BENE iam & fideliter fiximus: Mors*

*varia, quid post fixionem? hæc tria,*

*Aliorū, Corruſio, Cufodia. Mors, &c., sed*

*lenta, moleſta, & vel à ſtillante pau*

*latim ſanguine, vel à fame. Quid ſi*

*etiam ab autum ferarūmque lana-*

*tu? videbimus, & ſingillatim didu-*

*cemus. De ſanguine quem demit-*

*tebant fixi, clarum eſt, nec teſtimoni-*

*nij egēt: & tum eā cauſā, tum ex a-*

*cri verberatione, quaꝝ præuerat,*

*credo inualidiores multos obiſſe.*

*At de fame, Eusebius vbi Martyres*

*narrat crucifixos in AĒgypto:*

*Τρεῖς διαι τε ἔργα τε, εἰσότε καὶ ἐτῶ*

*ιαγεῖν λιμῷ Αὐτὸφθαγεῖν. Οἱ ſeruati*

*sunt viui, donec in iphis patibulis fame*

*morerentur. Itaque legas quodam*

*dū in crucibus vixiſſe, vt ingenio-*

*tum ſcilicet robur erat, aut vires.*

*Beatus Andreas in cruce ſuſpensus, in*

*ea populum docens, (οἱ athletam Deo*

*dignum!) biduo ſuperuixit. Victor-*

*Martini ſub Nero, iuſſi ſuſpendi capite*

*deorsum, ita per iriduum vixit. Quod*

*fanè miror in ſchemate illo mini-*

*mè apto ad longam vitam. Magis*

*G euam*

*I*toquē. etiam istud: quod Timotheus & Mat. Nas.  
res. & Iain. Cruce nouem diebus viui penitenti-  
fem. conin. tes, ac se ipsis in fide corroborantes, Na-

*martyrium consumperunt. Vnde  
hæc vis aut vitalitas, nisi à vita ipso  
fonte? Quamquam & alij quidam  
animosè egisse in extremis tis  
rébus legantur. velut Bomil-  
car ille apud Iustinum: qui patibulo  
suffixus in foro medio, magno animo  
crudelitatem crucis tuere: adeo ut de  
summa Cruce, veluti de tribunali,  
in Pænorum sceleris concionaretur.*

*Quidam etiam petulanter: ve  
Alii il- proteruuli apud Senecam, qui ex  
luden- patibulo spectatores suos conspuunt. c. xi.*

*Atque etiam adnotauit, quosdam  
miseratione Principis, aut Magi-  
stratum è Cruce ablatos, post vi-  
xisse. Iosephus in vita sua recitat:  
Redibam, inquit, è vico quodam, & vi-  
di multos ex hostibus (Judeis) crucifi-  
xos: & tres ex ijs ad agnoscens, cum  
quibus antem hīc consuetudo, valde in  
animo dolui, & cum lacrimis progres-  
sus, dixi Tito. Ille autem statim depo-  
sites eos mandat diligenter cura-  
ri,*

*ri, atque ex ijs duo inter ipsam curam  
obicerunt, tertius superuixit.*

## CAP. XIII.

*Quosdam à volucribus, aut feris etiam  
vivos laceratos, & plerosque omnes  
mortuos. interdum & lancis in-  
terfectos.*

*A*t de laniatu etiam addidi, &  
caussam illam quoque feci  
mortis. Haud temerè quia sic ligati,  
& cum se non commouerent, da-  
ti recuera \* ελέγει, ut cum poëtā di-  
cam, κυνέασιν οιωνοῖς περιβάσι. Atque <sup>Περι</sup>  
id etiam viui. Prudentius: <sup>περ</sup>  
— *Cruis illum tollat in auras,  
Viventesq; oculos offerat alitibus.* <sup>ηθο.</sup>  
<sup>xii.</sup>

*Horat. Horatius aspexit:*

*Non hominem occidi. non pascet in  
cruce coruos.* <sup>Lib. 1.</sup>  
<sup>Epist. xvi.</sup>

*quia sicarij scilicet & homicidæ da-  
ri solent in crucem. Item Iuvenalis:*

*Vultur iumento, & canibus, cruci-  
busque relictis  
Ad fatus properat, partemq; ca-  
daueris affert.*

*Quin reperio in sententiâ judiciali*

quoque id aliquando expressum:  
Actis Martyrum: *Claudius, Asterius,*  
*Neon, cruci affigantur, & corpora eorum*  
*auibus laceranda relinquuntur.*

lib. vi. Itaq; Apuleius proprium hunc re-  
De A- fert *Patibulicruciatum, cum canes*  
sin. in *vultures intima protrahunt viscera.*

Addit autem & *Canes*: & discas licet  
cruces non semper fuisse per-al-  
tas. Quomodo enim, si canes attin-  
gerent, atque etiam lupi? Nám &  
hos Catullus addit in Epigramma-  
tio, quod mihi quidem non nisi  
circumlocutio videtur cruciarix  
hujus mortis.

*Si Comini arbitrio populi, tuacana se-  
nectus*

*Spurcata impuris moribus, intereat:*  
*Non equidem dubito, quin primum*  
*inimica bonorum*

*Lingua exsecta auido sit data cul-  
turo:*

*Ffossos oculos voret atro gutture cor-  
uus,*

*Intestina canes, cetera membra lupi.*  
Istæ mortes. nisi quod interdum  
lanceis etiam transuerberatos le-

go, an *fixa*  
quæ

go, an ad accelerandum fatum, an  
explorandum? Illud fuit in Marcelliano & Marco: quibus ad stipitem li-  
gatis in pedibus eorum affixi sunt clavis; Mar-  
tyr. cumq; transiit unus dies & nox, insit xviii.  
ambos (Fabianus Iudex) lanceis per la-  
teraverberari. At istud in nostro  
Domino; cui miles jam mortuo  
lanceâ latus aperuit, scilicet peri-  
culum, an bonâ fide obiisset,

## C A P. XIII.

*Crurifragium à Cruce remotum.*

*Quid fuerit, in quos receptum, &*  
*quomodo?*

**N**ON autem & crura ijs fracta,  
inquieris, atque ita interempti?  
Vulgò inualuit hæc opinio, sed vul-  
gò. Qui penetrant & examinant,  
vident disparata hæc supplicia, &  
seorsim fuisse. Induxit vulgum,  
quod in sacra historiâ latronibus  
duobus crura fracta leguntur. At-  
qui sciant pro moribus Iudeorum  
id fuisse: atque illic fortasse tan-  
tum. Lactantius monuit: *Suffixus*

itaque Christus cum spiritum defensis. L. 1.  
set, necessarium carnifices non putarunt.  
uerunt ossa eius suffringere, sicut eorum  
mos ferebat. Ait caute eorum

*Cur* i- mos: nempe Iudæorum. Et cur hoc  
b*b* Iudæi? ne fraus legi fieret, quæ iu-  
serat ad Solem occasum suspendio-  
sos deponi. At deponi nisi mortui  
non debebant: diutius autem  
plerique vivebant: ergo hac, aut  
aliâ viâ mors festinanda. Aliâ et-  
iam dico viâ: nec crediderim rudi-  
se hanc solam. Lex quam tango, est Ter-  
tulli in Deuteronomio, & vertit sic do- Ad-  
itor Afer: Si autem fuerit in aliquac Iuc.  
delicto, ita ut iudicium mortis sit, &  
morierur, & suspendetis eum in ligno,  
sed & sepulturâ sepelietis eum ipsi  
die. Ergo Crurifragium propriè  
*De* cruri- nihil ad Crucem: tamen quia se in-  
fragio. gerit, & vile, atque item luxum est  
juxta crucem, breuiter de eo dicam. Vox ipsa proba & vetus. Glo-  
sa priscæ. Crurifragium σκελοκοπία.  
atque alibi Crurifrangium recte  
etiam scribunt. Nam Tago & Tan-  
go, & Frago & Frango, dixerunt:  
sed

sed prior scilicet scriptio magis  
pro archaismo. Divisit elegantia  
μένῳ καπεσίρικτο. καθ' ἡ τῆς σωτη-  
ρίας ἐπηγορίας τὸ σύμβολον δύο στιχῖα,  
τὸ χεισοῦ ἀρχόδηλοι τὰ ὄνομα, Αἰ-  
τῶν πεζώτων ἵστεσήμανος χαρακτήρας,  
χαζομένος τὸ Ρ καὶ τὸ μεσάτατον: Sub-  
limis hasta auro circumuestita cornu  
trans-

transuersum habebat effectum in for-  
mâ crucis. Suprà verò, in ipso culmine  
omnium, corona è lapidibus pretiosis  
& auro contexta infigebatur: iuxta  
quam salutaris appellationis, symbo-



*lum, due litteræ Christi nomen expri-*

mentes, per primas dumtaxat chara-  
cteres, litterā Cræcanicā P scilicet de-  
cussatā & scissā per medium ipso X. Eusebius  
Neque cruces modò signis inseri  
voluit; sed hoc amplius, solas: κρι-  
τῶν χειροῦν αγαλμάτων ὑπὸια περιτερούς  
εὐτοῖς ἐθελοῦν, τὸ μηδέν. Οὐ aurearum  
imaginum cuiusmodi antea solebant,  
nullas. Intelligit aureas imagines  
vultusque Imperatorum. Forma  
ecce in Nummis.

## CAP. XVI.

Crux in Militum armis: in Impera-  
torum capite & manibus; & pro  
in signi.

**N**ec verò in Signis solùm **Crux**  
expressa, sed etiam ipsorum mili-  
litum armis. Eusebius: Ηδη ἡ κρι-  
τῶν τῶν ὀπλῶν τὸ τέσσαρες τριῶν  
σύμβολον κατασημάνεσθαι ἐπίτι: Iam  
verò in armis ipsorum militum salutari-  
ris tropæ signum iussit exstare. Qui-  
bus armis? duplicibus, Clypeis &  
Galeis: sed ita, ut Christi quidem i-  
psum nomen litteris & notis, qui-  
bus

Contra  
Sym-  
mach.

## LIBER TERTIUS.

143

bus in Labaro) clypeis inscribere-  
tur, Galeis autem imponeretur su-  
pernè **Crux** ipsa. Prudentius sic <sup>in Gag-</sup>  
discriminat:

---- clypearum insignia Christus  
Scripserat, ardebat summis crux addi-  
ta cristis.

Et meritò Christus in clypeis, eo  
ritu quo solent nomina Imperato-  
rūm. Atque etiam hodie Constan-  
tinopolis sunt columnæ, à Constantino,  
ut putatur: in quarum basi-

bus clypei cum his notis A  Ω.

Sed & crucem in suum caput & **Crux**  
ad Diadema Imperator transtulit, <sup>i. e. Dia-</sup>  
Epist. ad Lx: hicne, an aliis? In Hieronymo te-  
tam. quidem lègo: Regum purpas &  
ardentes diadematum gemmas pati-  
bili Salvatoris pictura condecorat. Et  
Histo- credo ab ipso Constantino: <sup>Et in</sup> effigie  
τιὰ Tri- part. Lib. i. qui, & in figuracionibus solidorum & Imper-  
cap. ix in imaginibus propriis signum crucis ratorum.  
*iussit inscribi.* Id Sozomenus quoq;  
asserit: πλατιούρω τε ἐν νομίσμασι, Σ  
*εικόνι γε φορδίω σπέλαστρας συγβεγά-*  
*K s Φ.*



## LIBER TERTIUS.

45

Φεωδός καὶ σωτηράθα τέτο τὸ θεῖον  
σύμβολον· καὶ μαρτυρεῖστον εἰς ἐπινῦν εἰ-  
χέντος αὐτὸς ὅπῃ τούτῳ ψτατον χήματος.  
Impresso autem sibi in nummis, aut pi-  
cto in imaginibus, iusserit semper ad-  
primi & adpingi istud diuinum sym-  
bolum: & testantur etiam nunc ima-  
gines quae in eos schema exstant. Sta-  
tuam etiam sibi erigi fecit Romæ  
in urbe mediâ, quæ manu hoc sa-  
lutare signum teneret, cum inscri-  
ptione quam apud Eusebium, qui

De vi-  
ra Co-  
stitutis.  
cap.  
xxxiii  
& ali-  
di.


videt, leget. Et exemplum secuti  
Imperatores alij, in quorum \* Nū. \* Etiā  
mis hodiéque cruces variè vide-  
run-  
mus. Aliâs victoriæ sunt quæ  
manu eas leuent; aliâs ipsi, id-  
que dupliciter. aut enim solam  
impostam gestant, aut globulum cui ea  
infixa. Deglobulo Suidas etiam  
tangit, & cauissam aperuit, in Iusti-  
niano. Qui, inquit, ἔσησε τῶν εἰς  
Romai  
αὐτὸς ἐκόνα ὅπῃ κίονος ἐφ' ἵππου· καὶ οἱ Αυ-  
τῆς μὲν ἀρισταῖς χιτώνεσσι φέρεται φέρεται  
πεπηγότος, τοις στυρεοῖς ἐν αὐτῇ, πασο-  
μαίνοντος οἷς Διὰ τῆς εἰς τὸν στύρον πί-  
στεως, τὸ γῆς ἐκερατίς γέγενε σφαιραῖς μὲν δ  
η γῆ,

ηγῆ, Διὸς τὸ σφαιρεῖδες τὸ ἀντίς χρι-  
ματῷ· τοῖσις Ἰωάννος οὐαράς, Διὸς τὸν ἀν-  
τίδιον τοῦ προτολαθέντος Θεού· Iusti-  
nianus imaginem suam posuit super  
columnam in equo. Ea sinistrὰ manus  
fert globum crucis in eo infixā: signifi-  
cante quod per fidem in crucem, terre  
dominus sit factus. Globus enim terra  
est, ob hanc eius rotundam formam: fi-  
des autem crux, ob Deum qui carne in  
eā affixus. Nec tamen Iustinianus  
inuenti eius auctor: exstant Theodo-  
sij aliorūque nummi sic insi-  
gniti diu ante illum. Quin obser-  
uo Principes Bizantinos in pro-  
gressibus publicis crucem hanc  
prætulisse suâpte manu. Ioannes

Eum  
Prin-  
ceps  
manu  
fire-  
bas.  
Europalates: Αὐτὸς μὲν οὐώ τῶν τοιχών Λιβύης  
τῶν Φορητῶν Φορεῖ οὐαστόλος αἷα αἴ  
βρύλοιτο, τὸ δέ γε ταυρὸν ἐν δεξιᾷ Φερεῖ Σο-  
αιέι. Et reliquis gestaminibus gestat  
Imperator quæ voluerit cunque: Cruci-  
cem autem dexterâ semper gestat. At-  
que infra: Καὶ τῇ μὲν δεξιᾳ χειρὶ<sup>1</sup>  
κατέχει τὸν ταυρὸν ὡς σωπθέσθαι κρα-  
τῶν τὸν βασιλέα ὅταν καὶ τὸ σέμιμα Φο-  
ρεῖ. Et dextrâ quidem τανι τετε-

OTHE

erucem, sicut solenne est teneri ab Im-  
peratore, quoties & Stemma fert,  
id est diadema. Ab hoc ritu etiam  
nunc crucifer ille globus inter Sa-  
cri illius Imperij insignia: quod tu  
RUDOLPHE CÆSAR per tot



inclytos maiores ad te missum tenes, tenebisque diu (ita voueo) bono Christiani orbis.

## CAP. XVII.

## Laudati uncula Crucis.

**S**ed jam mihi salve  
 Ω ξύλον μυκαλησὸν, ἐφ' ἡ θεὸς ἐξε-  
 τανύθη.  
 O lignum felix, in quo Deus ipse pe-  
 pendit.

Sibyl-  
la a-  
pud  
Sotz-  
ii. c. n.

Quod his elogiis cum Damasceno Li. 1.  
 lubens meritò afficio, Θυρεὸς καὶ σ- de O-  
 ωλον καὶ τρόπαιον κτὶ τοῦ Διοφόλου, dc.  
 σφραγίδα μὴ θίγῃ πρῶτον ὁ λοχθρόνων,  
 τῶν κειμένων αἰαστοῖς, τῶν ἐζώτων σή-  
 ειγμα, αἰθενῶν βακτηρίᾳ, ποιμανομέ-  
 νων ράβδῳ, δῆτρε φόντων χειραγωγίᾳ,  
 περικοπόντων πλεύσισι, ψυχῆς σωτηρίᾳ  
 καὶ σώματῳ, παιτῶν τῶν κακῶν διτο-  
 τρόπαιον, παιτῶν τῶν αἰαθῶν περίξε-  
 νῳ, αἱμαρπίᾳ αἵμαρπεσι, Φυτὸν αἱασκό-  
 σεως, ξύλον ζωῆς αἰωνίας Clypeus ἢ ar-  
 matura, ἢ tropaeum contra diabo-  
 lum, signaculum ne tangat nos ene-  
 sor, iacentium erectio, stantium ful-  
 crum,

## DE CRUCE LIB. TERT. 149

erum, infirmorum scipio, pastorum  
 virga, reuertentium manuductio, pro-  
 ficientium perfectio, anime conserua-  
 tio & corporis, omnium malorum au-  
 serio, omnium bonorum conciliatio,  
 peccati pernicies, stirps resurrectio-  
 nis, lignum vita eterna. Da

hanc nobis ô Α-  
 TERNE.

FINIS LIBRI III.  
 DE CRUCE.



I. LIPSI

150

JVSTI LIPSI  
AD EOSDEM LIBROS  
NOTÆ.

ALLOCVTIO.

D TEXTVM etiam meum, Lector, visum fuit breuiter hæc notare. Cur non in ipso? quia non pro omnium gustu hæc talia, & plerisque satis est capita rerum delibasse. Caussa etiam quia placuit quædam explicatiùs aut firmius iterare. Debui sanè, ut hoc æuum est: in quo calumniæ, ut ille inquit,

Quasi herba irrigua, succrerunt uberrimè.

In culpâ sumus, siue quid commisimus, siue etiam omisimus: & plerisque pulchrum, non nisi τὰς αἰχάνθας τῶν βιβλίων σκλέγειν. Ego verò scio neminem esse tam felicem, qui non subiectus sit errori, & hoc non demen-

ALLOCVTIO.

151

dementis esse proprium, verùm hominis. Itaque ne nunc quidem cùm caueo, satis cavero: vtique in isto vario & diffuso scribendi genere, in quo aliis alio plura inuenire potest, nemo omnia. Quò magis mirum, quosdam nobis insultare: nec cogitare quām multa ipsi fortasse non repperissent, si primi quæfissent. Non sum tam Lynceus, inquiunt, quām mihi videor, Egóne? testore summe Deus, non videor: & si quid olim in calidâ illâ ætate calidius, abijt, & veris me pretiis nunc æstimo & pendo. Quò longius in hac vitæ viâ progredior, magis magisque aspicio circumfusam animo caliginem, corpori imbecillitatem. Heracleitus, ut aiunt, olim dicere solitus, Se cùm iuuenis esset, nihil scire; cùm senex, nihil ignorare: mihi planissimè contrà euenit, & qui olim aliquid scire visus, nunc parum, aut nihil. Et ô miserî, quid nos, doctrina, fama sumus? Ipsi puluis, illa opinio, istaventus. Atqui etiam tangunt quasi manum L. in-

iniecerimus scriptis alienis. Vellēm parciūs: certè non merito meo fit, qui prolixè & libenter honorem ingenii inuentoribꝫque habitu*m* iui, n̄ si cibi Dialogorum ratio & decorum id impediuit. Tale in Saturnalibus. neque negamus virum magnum multa ante nos in eo arguento obseruitasse: sed scripta eius exstant, quid detraximus? Illud tamen non arbitror, ibi aut alibi insigniorem notam aut correctiunculam malā fraude in nomen meum transcriptam. Tegit aliquis hanc, aut illam materiam? quid tum<sup>q</sup> ego fortassis impleui. Et ut serio loquar, lectio*n*is, aut collectionis tota ista res est: cur alteri imputemus? Tot iam annos, imò lustra, in iisdem illis scriptoribus versor, voluo reuolu*o* in easdem curas: malè mehercules de industria*m* ingeniō*m*; nostro sentit, quisquis aut non lecta ea nobis censem, aut negle*ct*a. Utè fonte quod haurimus, nostrum est, quisq; tamē suoyase: sic quod ē communib*m*. illis scri-

scriptoribus, sed quisque pro iudicii sui modo. Denique legere aut colligere, parum est: eligere, disponere, eloqui, poscit laudem. Hæc & talia satiare nos scriptionis poterant: melior ratio reuocauit, & suafit publico prodesse quā possum. Opes atque arma nostra, stilus. Quem tamen in aliud nunquam stringam aut proferam: absit: Christianum me commemini, id est, Sacerdotem pacis. *Habet quidem gloria*, ait Plinius, *presertim in studijs*, *quiddam \*anowān̄tov' nolo in me ex-<sup>\* Inf. 6. 2.</sup> ctabit.* petat. & quandocumque moriar, feram mecum hanc conscientiam, nullius me famæ inuidisse, quosdam meꝫ. Quod si xuum hoc parum etiam gratum sit: quid nouis Suum cuique pretium posteritas rependet. Tu Lector vale, & iuuantem, aut certè vole*nt*em, ama.

154

## NOTAE AD LIB. I.

### CAP. II.

**A B A L V M ]** Exoticam vocem esse per me suspicabar, dici & Hebream origine à Mart. Antonio Delrio, doctissimo & amicissimo viro. nam illis Gab, exelsum: Gabal, terminus, aut rectus stipes in agris. Quid nisi tale crux, qua ereta, & in excelso? Reperio & in Persicarum vocum indice (à Franc. Raphelen-gio nostro habui) Gali notare exelsum. Iam nostras vox quantulum abit, qui Patibulum Galgam appellamus? Sed nec Gallicavalde abludit.

**Cruces Caucasorum]** Potes pro i-psis suppliciis accipere, & cruciari à morte. Ausonius de hac quoque Prometheâ:

Sic inter rupes Scythicas stetit  
alibus crux.

Vnde Prometheo de corpore  
sanguineus ros.

Iunius Bassus apud Senecam lib. I. Con-trom.

NOTÆ AD LIB. I. 155

trou. III. Nihil amplius putabam ad-iici istius audaciæ posse, quām quod in illâ cruce Vestam nomi-nauerat. *Nusquam sanè crux, sed vir-go deiicienda de saxo erat, Vestam in-nocauit, & cecidit illæsa.*

### AD CAP. III.

Confixum esse Christo dicit.] Est illud Pauli ad Romanos cap. vi. οπό ταλαιός ήμων αὐθεωρος συνεστηθη.

**Cruciarius.]** Quo modo & Verberonem, Flagrionem, Mastigiam dicimus, verbere, flagro, mastige di-gnum. Tertullianus aliter hac voce utitur. Febris per cruciarios & mortiferos exitus erogat hominem: id est, cruciantes. Quāmente & Vinum crucium in Lucilio Festus obseruat, insuane, acerbum.

### AD CAP. IV.

**Σταυρὸς & Σκόλοψ.]** Nec tamen ne-go pluribus etiam verbis in hancrem uti. Ecce & ἡμέρα appellant crucem. Scriptor anonymous apud Suidam: ἡμέρα Ιεδαιοι τὸν σωτῆρα ἀρεσκόλωσαν

L 3 Li-

Ligno recto Iudæi Seruatorem affixerunt. Sunt qui ita hoc verbi explicitent & vertant in Thucydidis ritâ quam scripsit Marcellinus: Ικείον σπὸ τὸ τάφῳ καθάρι. τὸ πενταφίχιον τὸ τάφῳ γνώμονα ἐναὶ ὅπιχωρον καὶ νόμιμον αἴτιον τῶν θεῶν ποιῶν δύσυχία τε πλευτηκότων, καὶ μὴ ἐν Αθηναῖς ταφέντων. Ait quosdam opinari Thucydidem peregrinè & in exilio mortuum. Lignum enim siue Tabulam super sepulchrum eius positum esse. Hoc autem inanis & honorarij tumuli patrium signum & solenne Atticum haberi, in iis qui tali infortunio obiissent, nec Athenis sepulti essent. Sunt, inquam, qui Crucem aut Furcam vertant, nec mihi probant. Magis est, ut Ickeior hic lignum nauale sit (peregrinantis, aut absentiae indicium, quoniam mari ferre ex Atticâ abitur) de quo Hesychiam vide. Ille idem Grammaticus addit: Ικείον, σανίδωμα, ἥξυλον ἐν ὁ κακήροις ξέντων. Melius δέονται. Id esset, lignum siue axis in quo malefici ligantur. Arg. ita Eustathius in Iliad. X. Saris, ἐν τακτηργεγυσίδων: Asser,

ser, in quo maleficos ligabant. Item Aristophanes: βασανίζων παίτα τρόπου, ἐν πίνακι δῆσας. Omni modo torquens, in assere ligans. Reperio & in Eusebio Ickeior pro cruce, & supra adduxi, lib. II. cap. XII. Σανίδα in has redixit Herodotus in extremâ Calliope: Απαγαγόντες ἐν τὸν εἰς τὴν αἰγὰλα σανίδα περιπλαναλόστατες αἰεκρέμασσαν. Quod vertunt: Adductum hunc in litus depactis humi asseribus suspendunt. Vide an non sancidi legas potius, hoc nostro sensu: Abducentes eum ad litus, asseri affigentes suspen-derunt. Eset affixio in lripe sim-plex.

Κρεμᾶν.] Ita palam Plutarchus in Cæsare, de piratis: πολλάκις ἡπείληνος κρεμᾶν ἀντος: Σε πεμπινατος crucifigere eos, ut Latini omnes loquuntur & narrant. Est & Antiochi regis editum, quo philosophos regno pellit, οὐ πρενā etiam assestantibus ponit istam: τῶν δὲ ρεανόκων ὅσοι εἰν ἀλίσκωνται πρεστοις γνόμοις, διόπτη κρεμασσονται, καὶ οἱ πατέρες ἀντῶν ἐν αἵμασι βοσυνται μεγίσταις. Iuuenum vero quicumque reperientur apud istos,

istos, iij suspendentur, & patres eorum hærebunt in maximâ noxâ. Ita Athenæus recitat lib. XII sed utrum de hac nostrâ in cruce suspensione, an de alia in trabe accipimus? In trabe inquam ad verberandum flagellandumque. quem morem Gracis Latinisq; fuisse, comœdia atque alia docent.

Aliorum inanes logos. ] Ita verè, inanes. Nam Alciati quale est? Ait Lib. x. Histæum Milesium intellegi, quem parerg<sup>cap.</sup> Sardibus præpositum Artaphernes xxiv. & Harpagus crucifixerunt, capite defecto & ad regem missio. Ita Herodotus inquit libro sexto. Quod verum est: sed quid Histæo, cum Achæo? Respondet, ideo sic vocari à poëta, quia Histæus Milesius fuit. Milesii coloni lonum, Iones Achæi. Ergo à patriâ, Achæus. Quis color in hoc sermone? Sed nec amicum nostrum audio sine auctore scribentem: Achæum intellegi Lydix regem, qui ob avaritiam necatus in Pactoli aquis pependit.

## AD CAP. V.

Memorem Veneris Proserpinæ  
Ado-

Adonim.] Ausonius fabellā aspicit, qua est ista. Venus jam olim puerum hunc deamauerauit, & vi sola frueretur, clavis deposuerat apud Proserpinam. Sed hæc mox in eadem flammâ: ac repetenti Veneri negat dare. Lis est, itur ad Iouem. Ille rem sic componit, ut Adonis, quod ad usum, in tres annis partes secaretur. Primâ, ut Adonis, Adonidus esset: secundâ, Veneris: tertia Proserpine. Acquieuerunt, sed enim Adonis pronior in Venerem suum quicq; trientem illi tribuit. Hac Apollodorus lib. III. Bibliotheca. Ergo istud est, quod Proserpina nunc cruce vindicat. Theocritus & ipse huc aspexit. Eidyll. XV.

Ερπεις ἡ Φίλ' Αδωνι, καὶ συνθάδει εἰς  
Αχέροντα  
Ημιθέων, ως Φαντὶ, μονώτατο.  
Migras, ὁ bone Adoni, istus &  
ad infera regna,  
Semideum, ut dicunt, solus.  
Nam vult non alteri concessum, ut modo ad inferos, modo ad superos iret, &  
alternis copiam sui faceret duabus de-  
bus.

Arbores recisas leuiter. ] Ad has,  
L. 5 vel

*vel ad nudum alium stipitem. allusio  
Quinctius in epigrāmate quo poetam  
Græculum facet ēst ultius. Ille Philip-  
pum & Macedones insigni victoriā  
fregerat, cuius laudem ad Etoles trans-  
ferre Alcaeus quispiam voluit Gracā le-  
nitate. Scilicet quia in auxiliis Romanis  
fuerant Etolii. Scripserat igitur:*

Αὐλαυσοις ἄθαποι, ὁδοιπόρε, τῷ ἐπὶ<sup>τύμβῳ</sup>

Θεσαλίας, τεισαὶ κέιμεθα μυριάδες,  
Λιπωλῶν δυπήντες τὸν ἄρεθο, ηδὲ λα-  
τίνων,

Οὓς τίτο. Ορεῖς ἥγαγ' απ' Ιταλίας.  
Indefleti, inhumati his campis  
ecce iacemus

Thessalίας, cæsi millia ter decies,  
Ætolo domiti sub Marte, & Mar-  
te Latino,

Quos Titus è latâ duxerat Ita-  
liâ.

*En Etoles Romanis prepositos, & quasi  
hi accessio illorum. Momordit Ti-  
tum, & ultius est, sed versus versus. Re-  
scripsit alludens:*

Αὐλαυσοις ἄθαποι, ὁδοιπόρε, τῷ  
δικτί νώτῳ

AΛ-

Αλκαῖοι σαυρὸς πήγυνται ἡλίξα-  
το.

Corticibusque & fronde carens,  
hæc monte viator,

Alcæo crux defigitur aëria.

*Quibus versibus significat crucem de-  
fixam ibi stare, quæ hominem illum ex-  
spectet. Plutarchum in Quinctio le-  
ge: & simul nota, altam hic Crucem  
poni, quasi inselere insigni, suo loco à  
nobis dictum.*

*Iisdem verò Cererem ] Ipse Ter-  
tullianus hoc affirmat, de Coronâ mi-  
litis: Prima His repertas spicas ca-  
pite circumtulit. namque hæc Isis  
quæ spicas reppetit, nisi Ceres?*

#### AD CAP. VI.

*Nescio an Mæcenati descri-  
pta. ] Ambiguè profero, quia et-  
si Mæcenatis verba nobis faciunt,  
vix tamen Seneca, qui velut in-  
terpretans subdit: Suffigas licet,  
& acutam sessuro ( ita legen-  
dum, non sensuro ) crucem sub-  
das, est tanti vulnus suum pre-  
mere & patibulo pendere distri-  
ctum.*

Etum. At qui pendere, & patibulo quidem, vix est ut conueniat in nostram Acutam. Nisi si tamen patibulum etiam de uno ligno, in quo homo quomodocumq; expansus: quod haud nimis velim sperni. Si displicet: alia interpretatio querenda sit crucis hic acutæ. An ideo talis, quia cum dolore acrinat? ut morbi quidam acuti medicis. Lentè probem: & mauelim opinari genuis aliquod crucium triste, rarum, in quo stipes, cui homo acclinatur, stimulis clavisque acutis sit præfixus. ut cum acquiescere vellet (lessuri vox in Seneca) pungeretur ac scinderetur in corpore auerso. Nihil super hoc legi, fateor: commentum est merum, nisi si quid iuxatilla Reguli machina, que sic armata, & in eam ipse inclusus. Quæ et si nostra crux non fuit ( aumarium potius quoddam & arca ) tamen & crucem Seneca appellavit epistola xcvi. itemque libro de prouidentia cap. iii. Certe quidem Acuta vocem in Mæcenatis versibus non sic leviter & in ventum additam, ipse indicat Seneca, qui eam attollit ac repetit. (tuvide) quasi in ea sententia momentum.

Iam

Iam olim sic legimus.] Nempe in Curis secundis: idq; è libris. tantum? imò ante me Pincianus, vir faci & iudicis bonus. Muretus tamen alter: sed quibene examinat, statit à nostrâ. cuius sententia, Hanc vitam mihi sustine & proroga, etiam sedenti in acutâ cruce.

#### AD CAP. VII.

Ipsí verterunt ξύλον διδύμον.] Quod ipsum pro cruce posuit incertus scripтор apud Suidam: Εὐεών Ἰλλάσον Φθορέα, ἐκείμαστε ὅπῃ διδύμης ξύλος: Inueniens Illustum corruptorem, suspendit in gemino ligno. Id est cruce: eis Suidas interpretatur, τὼ παραδόμασι Φθορας. Vide ipsum in voce Διδύμον & Ιλλάσον.

Vt Christum deformantes.] Puto scribendum, vt Chi deformantes. Intellego. X. litteram Greccanicam, quæ verè figura manuum illarum fuit.

#### AD CAP. VIII.

Penulæ aut manui.] In penula aut veste monachorum crux, imò & cruces, si recte capio Nicephorum Gregoram, qui sic de Imp. Andronico monache

## 164 NOTÆ AD LIB. I.

*cho novello: Avw μὴ ἐρυθρὸν πεδίον τὸν τὸ θέατρον τούτον, κάτω δὲ μέλαινα. Superne rubrum prætulit divinitus crucis signum, infernè nigrum. Duas diuersi coloris cruces appositis videtur dicere: nisi tamen unam intellegit, sic distinctam. Quod manus autem tulerint, hodièque in Aethiopibus siue Abyssinis ille mos, uti vulgus reliquum cruces è collo pendulas geret, monachis hoc amplius etiam manus. Auctor Damianus à Goës in illorum rebus. Illud etiam mihi nouitium legi, miseros oppresosque cruces pratalisse, haud aliter quam olim infulsi velamenta. Ligurinus lib. viii. de Italibz hoc notat, qui ius auxiliumque possabant ab Imp. Frederico:*

----ex omnibus undique multi  
Vrbibus ac vicis aderant, querulōque ferebant  
Innumeræ clamore cruces. hoc  
quippe querelas  
More solent aperire suas.

Cumanulo velansulâ. ] *Anfalam Beccanus facit, & interpretatur (ita ingenium & scopus viri fuit) uox in omni, quasi moneamus apprehendere crassem, & eam tenere. Quid si oculum*

## "NOTÆ AD LIB. I.

165

*esse dicam? Inuenit aliquid Macrobius, qui inter notas Ægyptiacas refert, & significare ait Solem. Lib. i. Saturn. cap. xxii. Osirim Ægyptii ut Solem esse asserunt, quoties Hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inquit; eo speciem Oculi exprimunt, & hoc signo Osirim monstrant: quia Solem, Iouis oculum, appellauit antiquitas. Et sane quia signum hoc Tau Vitam venturam designauit: nonne appositè Sol ascriptus, qui auctor vita?*

## AD CAP. IX.

Vnicornis enim cornua.] Curiosè & pene dixerim morosè explicat Iustinus. Simplicius multò Tertullianus aduers. Ind. cap. x. Tauri decor eius, cornua vnicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter usq; ad summum terræ. Non utique Rhinoceros destinabatur vnicornis, nec Minotaurus bicornis: sed Christus in illo significabatur. cuius cornua essent crucis extima. Nam & in antennâ nauis, quâ crucis pars est, hac extremitates huius cornua vocantur. vnicornis autem medii Stipitis palus,

\*Aleur

\* Λλων μὴ καὶ τὸν τροπαιόν.] Mutilus locus. Et aptant quidem hac ad trophya vulgaria, sive monumenta victoriae: ego cùm in verba intendo, ambi-  
go: Et nescio quid de fascibus potius sub-  
oleat dictum. Per illos (ita veterim  
di ὁν) progressus in publicum fiunt:  
illi verè signa imperij & potestatis.  
Atque cùm insertā securi, crucem refe-  
runt planissimè. Nonne etiam Tropæa?



inquieris. Quis nescit? sed  
præiuit fortasse aliquid de  
Tropæis illis: hic magis de  
fascibus (mihi quidem) di-  
xiisse videtur. Nec moueor  
quod Τροπαιῶν voce uta-  
tur: nonne & suprà Ma-  
lum in nauis sic vocauit? &  
Eusebius etiam Labarum  
illum militarem. Possunt  
& verba alia excidisse.  
Nec ponotamen ista, sed propono.

Αὐτοκράτορῶν διπλῆν σκούπτων τὰς εἰ-  
κόνας.] Quia illa sunt? quis me docet?  
In Nummis, in statuis nihil tale video,  
nec usquam in cruce propositos Princi-  
pes defunctos. Subdubitabam an ad a-  
quila respiceret, que volantium ha-  
bitu,

bitu, & in celum tendentium passis a-  
lis conspiciuntur in Nummis, & addi-  
tum CONSECRATIO. Scilicet quasi Io-  
uis illa ales animam defuncti ferret in  
gremium Iouis. Certè quidem eam  
formam crucis esse & Patres monent  
& res ipsa docet. Sed non placet. Hoc  
nunc magis, intellegere cum imagines  
defunctorum Principum, quæ ordine  
innexæ in militaribus signis. Nec e-  
nim viuorum solum illuc effigies, sed  
magis mortuorum. De isto ipso aeo  
Constantini Eusebius, lib. II. De vita  
eius, cap. XVI. Describit Licinii mili-  
tes in pugnam, more veterum, id est,  
gentilium exeuntes: οἱ δὲ, inquit, πολυ-  
ωληθεῖσι θεῶν παρράπτες στὰ πολλὰ δυ-  
νάμει χειρὸς σερπιωπικῆς ἐπήσταν, νεκρῶν  
εἰδωλα θαρόντων τὸν ἀψύχοις ἀγάλμασι  
περιέλημψόι. Hi quidem numero  
deorum freti cum multâ manu mi-  
litari ingruabant, mortuorum ima-  
gines in signis inanimatis præfe-  
rentes. Et scripsi de hoc more in Mi-  
litiâ Românâ. Ergo hoc Iustinius ex-  
probrat, Voss, inquit, crucis colitis, cùm  
Imperatorum & quidem Diuorum i-  
magines proponitis in hastis & vexil-  
lis,

*lis, quid nisi in crucibus? Nam ea illis figura. Respexi etiam aliquando ad Tertullianum, in Apologetico: Quod non simulacrum prius argilla deformat, cruci & stipiti superposita? Sed hoc diffusum nimis est, nec tangit Imperatores tantum.*

## AD CAP. XI.

*Populariter & ad caussam Ciceron dixerit.] Quod historicâ fide, non opinor. Plinius non ei fautor lib. XXXVI. cap. XV. Nouum & inexco-  
gitatum anteà posteaque remedi-  
um inuenit ille rex (Tarquinius Su-  
perbus) ut omnium ita defunctorum  
figeret crucibus corpora, spe-  
ctanda ciuibus, simul & feris volu-  
cribusque laceranda. Nam lique-  
eum loqui de mortuis & iis, qui se inter-  
ficerent laborum tadio, quos ille crucifi-  
xit. Ad non id in viuis usurpauit pri-  
mus, ut ait, ultimusque.*

*Arboribus suspendunt.] Hand iniuriâ ambi-  
go, ad utram pœnam refe-  
ram, laquei an Crucis. Nam nec verba  
alterum euincunt, nec alia exem-  
pla.*

*pla. Lego in Martyrologio, die XIV.  
Martii. de duobus Monachis, quos Longobardi suspendio necauerunt in arbore. In ipsis Longobardorum Legibus, Tit. c. XIV. Si seruus regis Morth fecerit, ita decreuimus ut componatur ipsa persona sicut ad-  
preciatus fuerit: & seruus ipse su-  
per fossam mortui appendatur, & in eum vindicta detur, & sit caussa fi-  
nita. Plurimum (antiquorum quidem)  
nunc non memini: & hec ipsa in-  
certa, nec diuidicane-  
rint litem.*



170

---

J V S T I L I P S I  
A D L I B . II.  
N O T A E  
C A P . II.

**A**PVT obnubito] *Quod plerisque puniendis factum, presertim si gladio. Hegesippus lib. v. cap. XLVII.* Dum percussor moratur, clausis iam fasciolâ oculis, sepe proripuit ad Romanos. *In vita Cypriani:* Postea verò B. Cyprianus manus à oculis sibi texit. Sed & cùm ducerentur ad carcerem, aut ad mortem, caput tegebatur. *Tacitus* IIII. *Annal.* Trahebatur damnatus, quantum obductâ veste & astrictis fauibus niti poterat, clamitans. *Ammianus lib. XIIII.* Carnifex rapinarum sequester, & obductio capitum, & bonorum vbique mulctatio. *Imo & torquendis hoc factum.* In *Curtio lib. VI. de Philotâ.* Dum obligantur oculi, dum vestis exui-

N O T A E A D L I B . II.

171

exuitur, deos patrios, gentium iura inuocabat. Propriè autem de crucifixione, vetus illud carmen quod iam explico: & in libro Esther, cùm Aman ad crucem rapitur, Statim operuerunt faciem eius.

A D C A P . III.

*Ασπαγαλωτάς μάσιγας.*] Addo, si nosse lubet, quasdam etiam dictas σπαγγαλωτάς, istis haud absimiles, contortas scilicet & nodosas. Suidas: σπαγγαλιώδες, σπιεραυδόν. Καὶ σπαγγαλωτὴ μάσιξ. Addit deinde verba incerti scriptoris: ο Ἰ ὄκελος τεν αὐτὸν μασιγχθα τῇ σπαγγαλωτῇ μάσιγι.

A D C A P . V.

Quid opus erat auxiliatore & subsequâ, qui ad leuasset? Ita vulgata quidem opinio est, dum taxat i. d. uasse. At D. Hieronymus in *Matthaum* censet etiam tulisse sed scorigimus & post Christum. Nam cùm Iouannes aperte scribat Christum tulisse, auibres Euangelistæ Simonem Cyrenum: ipse conciliat. & hoc intellegendum est, inquit, quid egrediens de l'rax-

M 3

10.10

torio Iesus ipse portauerit Crucem suam: postea obuium habuerint Simonem, cui portandam crucem imposuerunt.

## AD CAP. VII.

Super lignum se ipsum extendit.] *Quid si de transversario tantum ligno capias in eo figi solitos, & deinde subducatur atque appendi? Pugna omnis cesset; & breviter fortasse rem dixi.*

## AD CAP. VIII.

Clavis aut funibus. ] *Nescio an Lucanus non utrosque memoret in his occultioris sententie versibus; qui quoniam toti ad crucem, ponamus, & regamus. Lib. vi. de magâ Thesalâ.*

----Laqueum nodosq; nocentes Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,

Abrasitq; cruces, percusseq; viscera nimbis

Vulsit, & incoctas admisso Sole medullas:

Incertum manibus chalybem, nigrâmque per artus

Stil-

Stillantis tabi faniem, virûsque coactum Sustulit, & neruo morsus retinente pependit.


*Quod ait laqueum & nodos nocentes: alii nocentum edunt: atque ita hande incommode ad vineula aptes, quibus noxii ad crucis astriciti. Tamen in aliquot scriptis libris, recentes, & id malim: credamusque ad suspensiosos dumtaxat referendum, & qui seipso illaquearunt. Reliqua iam de Cruce: & percussa viscera nimbis, & incoctas sole medullas. signanter dixit de corporibus qua (ut lib. ii. cap. xv. scripti) in crucibus relicta, situ marcida & rabida fiebant, quatenus volucres non laniarent. Iam Incertum manibus chalybem, clavis intelligi liquebit, si emendas Insertuni. Nam hos quoq; appetitos ad Magicas artes Apuleius ostendit, in describendâ ferali illâ officina lib. iii. Hic nares & digiti, illic carnosâ clavi pendentium. Sed & amplius de his funibus addo. Videri, quorundam iudicio, necessarios fuisse in omni fixione. Nam volant manus*


M & ligâ

ligates, ne se subducerent adictum aut commouerent. tum etiam ut firmius & cum adminiculo penderent. deinde & alterum funem ad pectus, corpus ambiisse sub ipsas alas, eoque sublexatum hominem & attractum in summam crucem. Id porrò factum admouit, tis utrimque scalis. Eius sententia vir  $\chi\alpha\lambda$ , stirpe & moribus antiquis Ioannes Boisneq. sotus est, qui amicè hoc suggesit. Et appellat, in rium videtur, utique ad Erectam crucem. Quomodo alias subduxeris, aut fixeris? Etiam de funibus sunt que suadeant, prater antè dicta. ut Hilarius de Trinitate lib. x. Penduli in cruce corporis poenæ, & colligantium funium violenta vincula, & adactorum clauorum vulnera. Iungit simul & funes & clavos, ut Lucas. Etiam illud Christi vaticinium, in Petri mortem, poscit funes. Ioannis cap. xix. Extendet manus tuas, & alius te cinget. Cinctio ista vinculorum in cruce est. Theophylactus: την δὲ τὴν σωματικὴν καὶ τὰ δεσμὰ θλοῖ. Extensionem in cruce & vin-

cula

cula notat. Tertullianus in Scorpiano: Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adstringitur. Videndum, annon in Ausonii Cupidine simile, qui adstrictus describitur, & mox addit, Adfigunt. Atque ecce in tabulâ formam duplum fixionis, pro duplice subdutione.





Tres repperit. ] An & duas latro-  
nūm transtulit, non cultus, sed memo-  
riæ causa? Videtur ex Suida, si ta-  
men ex meo nunc sensu corrigendus.  
In voce Φόρ. inquit: κάτωθεν τοῦ Φό-  
ρα πεχωσμένοις στηνεχον δέος σεατηοι  
Tib.

τῶν δέος ληπτῶν, καὶ βικίον μύρα ὡκλείψα-  
το ὁ χριστός, καὶ πολλὰ ἐπεργ σημειοφορή-  
κα, πεζέντα μὲν ὠδῆς Κανταυτίνης τὸ μεγάλος  
λα, αὐτοιδέντα ἢ τοῦ τὸ μεγάλου  
Θεοδοσίου. Nam puto legendum, εἴναι  
σκευοῖ. Qui verò fuerint σεατηοι,  
sive duces duorum latronum? nec  
id sit idonei ullius sensus. Vertam igitur:  
Infra forum defossæ erant duas  
cruces duorum latronum, & vasculum  
vnguenti quo Christus vnguentus,  
& alia multa insignia, posita  
quidem à Constantino magno, sub-  
lata verò sub Theodosio magno.  
Admonitus postea per litteras sum à  
joanne Linneio amico nostro, serio &  
sine ambitione docto, vitium esse ab im-  
peritia transcriptorum, qui cum in au-  
tographo repperissent σχοι, quod com-  
pendiaria illa scriptura σωρεγierat, fe-  
cerant flugiosè σεατηοι.

## AD CAP. IX.

Αμετέητω δέ. ] Ita bene & docte  
Franc. Nansius scūm anteā esset ὀμετέη-  
τω. Et sane clavi isti grandes: atque  
ita ipse Nonnus idem tidem σιδηρα νέ-  
ρα appellat Stimulos ferreos.

Con-

Contrà tendunt alii & suggerunt quaternos.] Atque ego, et si negavi me decidere, prorior sum in hanc partem. In templis Gracia hodie intellegopassim Christum cruci affixum, disparatis pedibus sic pingi. Vidimus id ipsi Venetiis in gentis eius templo, etiam & alibi in antiquioribus picturis. Audio & Treuiris clavum qui assertur, disertè in memoris antiquis scribi clavum pedis dextri. Addo autem, Constantimum Imperatorem quosdam ex his clavis (id quoque multitudinem suadet) inseruisse capiti statue quam suo nomine Constantinopoli posuit. Zonaras: Οὗτοι τοις αὐτοκράτορες τῆς σικηνὸν ὄνομα τὸ ἄγαλμα (τὸ δέπολλων) ἔσησε, τῇ κεφαλῇ τούτου πνὰς τῶν ἥλων ἐναρμοσάμενος, οἱ τὸ σῶμα τὸ κυρεῖσθαι πατήσασι τῷ σωτηρίῳ συνέψω.

## AD CAP. X.

Extensus ambas manus. ] Proprium hoc Crucis extendi. Itaque Evangeliorum vetus Gothica translatio (auctor Antonius Morillonius) veris identidem Crucifigere, Prostrare & quasi

quasi dicas extendere, & quidem propriè de pannis, quos in palis vallisque distendit fullo. Ea extensio ad manus maximè refertur. Artemidorus lib. I. cap. LXXVIII. Εἰ δέ τις ὑψηλὸς ἀπὸ τοῦ ὁρχοῦ, εἰς Φόρον καὶ δέποτε σταύρον, κακόργανον, συνεῳδίστατο, οὐχὶ τὸ ὑψότερον τὴν χειρῶν ἐκτασίν: Si quis sublimis in loco quopiam saltet, in periculum & metum inciderit. maleficus autem existens, crucifigetur, ob altitudinem & manuum extensionem. Epictetus apud Arrianum, ab hac causâ comparat falsos eos, qui in balneis sc̄dūt, & lauandos fricandosque prebent, cum crucifixis; lib. IIII. Disserat. cap. XXVI. Ιν δὲ τῷ βαλανείῳ ἐκδυσάμενος, καὶ ὅπτεινας σταυρὸν, ὡς εἰ εἰσαρχώμενος, τοῖβην ἐνθεν καὶ ἐνθεν: Ut in balneo exutus & teipsum distendens, ut solent crucifixi, fricēris hinc atque illinc.

Vestigium huius tabellæ existare audio. ] Imò & video: ac misit ad me Dionysius Villerius vir veteri doctrina & mibi valde amicus et typoni nummi  
Gra-

Gracanici veteris, qui aureus affirma-  
tur in monasterio Laetieni in Hanno-  
niâ, quem esse habes.



*Inscriptio in eo est: Κόσμος τὸ λύτρον  
άκια τὸ θεῖον λόγον: Mundi redem-  
ptio, sanguis diuini verbi. Missus is  
nummus cum aliis sacris donariis est ab  
Henrico Imperatore, tunc Constanti-  
nopolii anno Christi 1000. cc. viii.*

## AD CAP. XI.

[Περὶ αὐτῆς κύκλῳ τὸ ἄμφιθέατρον.] Id dicunt Circumduci; sicut Traduci, cùm ostentui dumtaxat per ora populi ducebantur, & saepe alibi puniendi. Suetonius in Tito, cap. VIII. Hos (Delatores) nouissimè traductos per amphitheatri arenam, partim subiici in seruos ac venire præcepit, par-

tim

tim in asperrimas insularum auchi. Nescio an Martialis versus, qui iam-  
diu cubat in morbo, sic sanandus, lib. I.  
de hisipſis Delatoribus & Titifacto:

Turba grauis paci placidæq; ini-  
mica quieti,

Quæ semper miseræ sollici-  
tabat opes:

Traducta est titulis, nec cepit a-  
renanocentes, (exsilium.

Et delator habet quod dabat  
Titulis enim vult traductos Delatores.  
quomodo? nonne omnium unus est  
communis? non hic: quia additum,  
quos & quam illustres quisque detulit  
set. Exempli causâ: Hic est Titius  
qui Camerinum detulit. Hic, qui  
Lateranum, & talia. In libris legi-  
tur: Traducta est gætulis, in aliis,  
Tradita Gætulis: & emendarunt,  
Traducta est Gyaris, quod ego & ra-  
tio facilere fellant.

[Πίνακας αὐτὸν τεγάγονται.] In ta-  
bellâ enim hæc talia scribi solent: sic  
ut & Titulus Seruatoris. Cyprianus  
de montibus Sina & Sion: Pontius  
Pilatus impulsâ mente à deo accepit  
Tabulam, & titulum scripsit tribus  
lin-

linguis : & in capite ligni clavis  
tribus Tabulam cum nomine regis  
Iudæorum confixit. Ex cuius verbis  
vides etiam Tabulam non super li-  
gnum (ut multi representant & pin-  
gunt) sed in ipso supremo ligno clavis  
fixam.

De quo more alii.] Inter eos P.  
Faber libris Semestrium; ubi & spar-  
sim plura de Cruce, & quedam selecta  
atque edecumata.

## AD CAP. XIV.

Disparata hæc supplicia.] Nota-  
uit & publicè ante nos monuit Caesar  
Baronius, vir sacra profanaque doctus  
in Martyrologio. Sed cur frange-  
bant ius, quos statim mortuos vellent,  
crura? An non caussa in Plinio? Ille  
lib. XI. cap. XLV. notat in iis vitalita-  
tem esse: atque addit. Namque in i-  
psâ genus utriusque commissurâ,  
dextrâ lœuâque, à priore parte, ge-  
mina quedam buccarum inanitas  
inest: quâ perfossa, ceu jugulo, spi-  
ritus fugit. Alind autem est à fragio  
crurum, Exsecare crura: quod in  
Ammianilib. XXII. leges, in oratione  
Julia-

*Juliani: Quisque agmini cohærens  
incedat, sciens quod, si remanserit  
vſquam, exfectis cruribus relin-  
quetur. Hoc enim proinde est, quasi  
dixisset, neruis aut suffraginibus inci-  
sis. Vetus sauitia, & Annibali usur-  
pata in Romanos. Ennius: His per-  
nas succidit iniqua potentia Pœni.  
Potentia Pœni, more Græco, est Pœnus.  
Liuius de eipsâ re, in clade Cannensi:  
Quosdam iacentes viuos succilis  
feminibus poplitibusq; inuentos  
fuisse. nempe ne attollerent se, & ut  
desolati morerentur. Usurpatum est  
Tyrannis in Christianos. Sozomenus  
lib. I. cap. X. de Paphnutio & C. Maxi-  
mo: quos, inquit, Μαξιμὸν Θεοῦ τοῖς με-  
ταίδοις ἐργάζεθαι κατεδίκασε, τοὺς διε-  
ξιὰς αὐτῶν ἐκόψας ὁ Φθαλμὸς, καὶ τὰς  
ἀριστερὰς ἀγκύλας διπέμπων. Maximinus  
ad opus metalli condemna-  
uit, dextros eorum oculos exuti-  
ens & sinistri pedis suffragines ab-  
scindens. Eusebius ostendit aduri et-  
iam solere, lib. VIII. cap. XII. ubi quo-  
rundam meminit τὰς λαγῆς πόδας κατά-  
πον ἀγκυλῶν καυτῆρον ἀχεινημένων.*

N

qui

qui sinistris pedibus, circa popli-  
tes, ferro adustis, inutiles facti es-  
sent.

Liberi non immunes.] *Lego in Fusibili lib. vi. cap. xix. de Apollonio Martyre, cùm iis sub Commodo Princi-  
pe delatus esset ut Christianus, accu-  
satori, ex lege, crura fracta fuisse. Verba  
huic rei: ὅτι μὴ ζῶ εἰς οὐκῶ, καὶ τὸν βα-  
σιλικὸν ὄργον, τοὺς τῶν τοιῶνδε μέμνηταις, αὐ-  
τίκα κατάγνωται τὰ σκέλη· quoniam  
viuere nefas, iuxta legem Principis,  
talium delatores, statim crura ei  
fracta sunt. Sed cuius Principis hac  
lex tam commoda in Christianos? Non  
opinor ipsius Commodi. Numquid Rr.  
Aurelii? de quo Tertullianus Apc-  
log. cap. v. Qui sicut palam ab eius-  
modi hominibus (Christianis) pœ-  
nam dimouit, ita alio modo palam  
dispersit, adiecit etiam accusatori-  
bus damnatione, & quidem tetro-  
re. Et quod ait de damnatione te-  
tirore, posis vel ad Crurifragium istud  
referre: vel ad Viuicomburium, quo af-  
fici accusatores Christianorum iubet  
eiusce Principis epistola apud Onufrium  
in Fastis expressa,*

AD

## AD CAP. XV.

A Sole ac pluviâ corrupti.] Ex-  
emplam huic rei etiam in libris sacris,  
ut Reg. ii. cap. xxii. Dedit eos (septem-  
viros) in manus Gabaonitarum, qui  
crucifixerunt eos in monte coram  
Domino. Tollens autem Respha  
filia Aia cilicum substravit sibi su-  
pra petram ab initio messis, donec  
stillaret aqua super eos de cælo. &c  
non dimisit aues lacerare eos per  
diem, neque bestias per noctem.  
*Hoc de pluviâ: de sole, in Artemidoro  
lib. V. Εδοξέ τις λαυπάδας δότο τῆς ἐσιας  
μηδιώναθας αἰάψαι, ηγή δότο τῷ γερενώ  
αἰάψαι ἐσαυράθη ηγή καὶ τούτον τὸν τρόπον  
τῷ γερενώ πυρὶ ἐθάλπετο. Visus ali-  
quis faces ē foco non posse accen-  
dere, & à cælo eas accendit. crucifi-  
xus est. atque hoc modo igne  
cæli concalafactus.*



JVSTI LIPSI  
AD LIB. III.  
NOTAE  
CAP. III.

**V**ERBERATUM patibulō; constrictum.] *An ergo hæc referas Dionis etiam illud lib. XLIX. de Antonii sauitiā in Indæ regem Antigonom?* τὸν Ἰανίχοντος, inquit, ἐμασίγωσε σαυρῷ περσδίσας (φυλέεις ἀλλοῖς βασιλέσσαις τῶν ρωμαϊκῶν ἐπεπονθει) καὶ μῆτρά τοῦ ηγήσατο Φαξεύ. Antigonus flagellavit cruci siue furcæ alligans (quod nemo aliis rex à Romanis vñquam passus erat) ac posteà interfecit. Verba ita preferre videntur: nec abhorreat ab Antonii impotentia, ut seruiliter sauerit etiam in regem. Tamen verius puto ut capias vertasque Palum. Ut Palo, inquam alligatus fuerit, solenni Romanis more, & ium securi percussus. Quod ipsum huius Antigono factum.

## NOTÆ AD LIB. III. 187

factum, et si Dio non expressit, notauit Strabo, citante Josepho (nam hodie non exstat) lib. XVI. Antiq. cap. I. Αντώρι. Λαντίχοντον Ιαδαῖον αὐχθέντα εἰς Αντόχεια πελεκίζει, καὶ ἔδοξε μὲν ἐτραπέωτε ρωμαῖων βασιλεα πελεκίσαι. Antonius Antigonum Iudeum Antiochiam perductum securi percutit, & viuis est primus Romano-rum securi subiecisse regem. Idem Plutarchus, in Antonio.

Furcillæ, quibus homines suspendebant.] Nec negauerim tamen, etiam ita accipi posse, quasi his furcillis sublatum erectumque ipsum patibulum, postquam homo in eo affixus. Non enim dicit in quibus sed quibus suspendebant. Certum enim est siue fūnibus subduci instantem crucem debuisse, sive furcis. nisi quis ad motas arbitretur & scalas. Δεπολογήματα hac videantur, sed necessaria rei capienda.

Patens hæc transuersaque pars sic dicta.] Strictè & propriè inquam. Alias quis nescit totam crucem sapa venire in hoc nomen? Salustius utro

N 3 modo

modo acceperit haud dixerim, in loco  
vitiato. Fragmentum est apud Nonium  
et IV. Hist. In quibus notissimus quisque;  
aut malo dependens verberabatur,  
aut immutilato corpore improbi  
patibulo eminens affigebatur. Legi  
mutilato corpore: quia mos ille fre-  
quens Orientalibus, ut prius quam cru-  
cifigerent admutilarent, aut etiam per  
tormenta occarent. Exempla habes in  
hoc libro cap. XII et alibi. At illius  
improbi, qui reformandum ignorat.  
Tentauit olim in proris. An et im-  
proper? quod sic compositum pro sim-  
plici, ut in ante et talia, apud Tertul-  
lianum reprobatur. Exhortat. ad Castitat.  
cap. X. An etiam improbe? ut sic corpus  
fuisse improbe mutilatum? Credo enim  
hec narrasse de sententia Mithridatis in  
Cyzicenos, quos terram marique obse-  
dit.

## AD CAP. V.

Facie quæ nostrum hodie pati-  
bulum.] Quæ sententia fuit Antonii  
Morilloni, viri summi futuri si diu-  
tius vixisset. Argumenta habebat (vi-  
di et legi in epistola eius ad Linda-  
num, quam heredes adseruant) quod  
id re-

id referret formam Iugi: ferre autem  
iugum, ignominia et quasi commina-  
tio huiusc mortis. itaque illinc peten-  
da forma. Amplius, Liuini aut lib. I.  
Romanos spectasse furcis duodenos  
à terrâ spectacula alta sustinentibus  
pedes: eas furcas proclinantia u-  
trumque ligna fuisse cum tertio trans-  
uersario supernè immisso, quod genus  
Capreolos Latini vocant, et nos ho-  
die Schragas: ergo hanc esse faciem  
Furca. Tertio Hebreos hodieque suum  
Tau sic pingere: cum eo autem compa-  
rari possim: tale igitur esse. Credo  
etiam addere (non firmiter nunc com-  
memini, sed addi potest) Auso-  
nium cum Φ. littera Graciam Cru-  
cem comparare: at ea quoque istuc  
abit. Sed haec sententia, et si arguta,  
proba mihi non est ob multas causas,  
atque hanc unicam firmissimam, quod  
refellunt speciones et monumenta o-  
mnia antiqua, omnia inquam consen-  
su. Quid Christianis nobis fiet, si ipsa  
imago crucis aliter ubique non pingen-  
da solum, sed manibus corridi defor-  
mandatur? At enim iugum tale olim:

## 170 NOTE AD LIB. III.

Ita, sed quid ad rem? militaris saltus ignominia illa fuit: & liberorum ex hominum, non seruorum, ut latraria furca. De Liuio, nihil impedit Furcas nostro vulgarique more intellegi, quibus ligna transversa iniecta, & super ea asseres, ad spectandum insitendumque. Fit & hodie, & olim primas domos sic erectas ex Posidonii sententiâ puto Senecam alibi tradere, & rati pariter voce furca. De Hebreis, et eorum est, sed hodiernis. Priscas eorum litteras alias & diversiformes fuisse, periti eius lingua atque ipse Hieronymus tradiderunt. Jam de Ausonius versu, is talis:


Et crucis effigie Palamedica porrigitur Φ.

Lectionem non muto, et si alii libri proferunt gruis: nec id male. Sed esto crucis: verissimum est in nostrâ etiam formâ. quomodo? in cruce inquam vestitâ, & in quâ homo appensus. Vide faciem & pendula à ligno brachia, est hac ipsa littera forma.

Sed enim cum multa de Furcâ, & variè dubièque dixerim, hoc etiam luet. Quid si ipsa crux nostra vulgaris,

## NOTE AD LIB. III.

191



\* Facit  
huc  
quod  
suprà  
in Mi-  
tēmonis aut\* iugis sustentaculo confert: nutii  
certe in antiquis curribus tale reperio, verbis:  
qui sunt in Columnâ Traiani aut An. Cūm  
erig-  
tonini. Vide imagines. Dixeris hoc tur  
non falsò iugum sustinere aut sufferre, gū, cru-  
quâ collo superoboum impositum est, & cu si-  
jugum illi adancxum. est.



## 192 NOTÆ AD LIB. III.

Sed & ipsum temonem: (nam lectio Græca variat, ut dixi) hoc ipso, quod ita in collo firmum, temonem attollit & prohibet à casu aut delapsu. An & ad Dionysii descriptionem aptari potest? potest dupliciter. Siue ut a pectori stipes longior & ipsa temo propendeat: siue potius ut a tergo, quod res magis poscit. In figuris vide, & cogita. Subiicio & formam crucifixionis quam imaginabatur & delineabat Merlinus.



AD CAP. VII.

Impudicas ancillas sic puniri.]

Et est

## NOTÆ AD LIB. III. 193

Et est sanè ignauamors, & Fæminea etiam Panegyristæ dicta. Alterim annibus satellitum Britannorum gula domi fracta, & inusta fæmineæ mortis infamia, ut scilicet maluisse vir ferri amantissimus videretur laqueo perire, quam gladio. Victor postremam appellavit, vilissimamque, in Maximiano: Pœnas mortis genere postremo, fractis laqueo cervicibus luit.

Patibulum vulgò Furca dicitur.] Quo ipso sensu inferiores Græci dixerunt φύλκιζεν in furcam agere, asperiore illâ litterâ mutata. Cedrenus in Justiniano Rinotmetâ: Εν τῷ τείχει τωντας ἡφάλκισεν. quod vertendum est, In muro omnes de furcâ suspendit. Docet Zenaros qui in ea ipsâ re: Εν ξύλοις ωδὴ τοῖς τείχεσιν αὐγόεσθαι: In lignis apud muros suspendit. Credo autem hanc Furcam primò non nisi dimidiatum Patibulum fuisse, id est, facie adhuc aliquâ Furca; paullatim, & quo plures appendi possent, immutasse.

AD

## AD CAP. IX.

Iniectis per crura funibus.] *An magis placet hic sensus, Funes ipsos per crura eorum traiectos & transmissos? Tale in Curtio lego Alexandrum usurpare in Batin quendam, lib. IIII. Per talos spirantis lora traiecta sunt, re-ligatumque ad currum traxere circa urbem equi. Id factum à rege exemplo Achillis, qui Hectorem sic fædauit, ut Curtius inibi notat. Sed tamen Ammianus Iniectos ait, non Traiectos, nec id supplicii credam vulgo visitatum.*

## AD CAP. X.

Moriturum in ipsis, non per ipsis.] *Præter exempla que dedi, hoc rarum videatur in Philippo, de quo Eusebius in Chronicō, anno XII. Claudii: Philippus Apostolus Christi apud Hieropolim Asiae ciuitatem, dum Euangelium populo nunciaret cruci affixus, lapidibus opprimitur. Quasi in ipsa cruce lapidibus obrutus esset. Atque hoc quidem in vulgaris librīs, in veteri & probo meo manu-*

*manuscripto vestigium non est horum verborum.*

## AD CAP. XIII.

Viri fide digni asserunt.] *Inter eos eximus Theologus Alfonſus Ciacco, qui de signis Crucis nunc nuper accuratè scripsit.*

Iam illa Amanis præalta.] *De qua accipienda que in Codice Iustiniani non leguntur, De Iudeis & calic. ubi scribuntur Iudei quodam festiuitatis suæ sollenni, Aman ad pœnæ quondam recordationem incendere, & sanctæ crucis ad similatam speciem in contemptum Christianæ fidei exurere, atque id facere deinceps vetantur. Totidem pœnæ verbis in Codice Theod. lib. XVI. tit. VIII. Ex quibus vides Iudeos Amanis inimici sui mortem annuâ memoriam representasse, & in cruce suspensum cum cā ipsa combusisse: specie Amanem, re & mente Seruatorem & nostram crucem. Ideò meritisimo interdicti.*

Nouus etiam orbis.] *In quo sancta hoc mixum, cruces repertas fuisse plurifariam in templis atque in sepulchris.*

*De*

*De India Occiduâ loquor. Quâ origine aut fine? nescimus, nisi si iam tunc prouidus ille Deus exstare velluit omen & signum dominatura illuc crucis.*

## AD CAP. XIV.

*Edicto prohibitum manet.] Atqui in Panegyricâ oratione, sancè dissertâ, quæ Theodosio dicta, mentio etiam crucis quasi licite & manentis. Et post hanc tu vocem, non illum in crucem tolli, non culleo insui, non discerpi in frusta iussisti. Et fieri sancè potest ut apud gentiles, & Christo aduersos, supplicium etiam manserit. sicut de Slavis in Helmoldi Chronico scriptum lib. I. In illis diebus Slavi quendam Danum suffixerunt cruci: In ignominiam scilicet diuinæ crucis.*

## AD CAP. XV.

*In hoc vince.] Nummis hoc pluribus expressum cernitur, atque etiam quibusdam uberiùs. In hoc signo vince. Sancè Christiani libenter appellariunt Signum Dei, aut Christi ipsam crucem, quasi Imperatoris illius tessera aut vexillum. Justinia-*

ncc

*neo Codice veteratur, signum saluatoris Christi humi vel in silice insculpi. Quid, quod Graci interpres sic legem Scenola accipiunt, xxxviii. De aur. arg. mund. Fieri volo iubeoque signum Dei ex libris centum. Accipiunt inquam, & reddunt Crucem. An verè minimè scimus signum Dei statuum esse apud Scenolam sive Solis, sive indigenæ ciuispiam & familiaris dei. Sed pietate non error, Grecos eò traxit. Monuit super hac interpretatiuncula Petrus Orenus, iuris & litterarum consultus, & germanum in modum mihi amicus.*

*Ἐκ χειρὸς χεδιάσας σωνεὸν.] Quem suo aeo exitisse in Palatio Socrates afficerat, Eccl. Hist. lib. I. cap. I. Τέτω πειθεῖ τῷ χειρὶ, καταπλάσει μὴ τὸ σωνεῖον τρόπαγον, ὁ μέχρι νῦν τοῖς βασιλείοις Φυλάττεται. Huic oraculo fidem habens, conficit simile illud cruci tropæum, quod usq; nunc in regia seruatur. Idem Cedrenus: τόπε σωνεὸν χειρὸν χεδιάσας, ὃς δὴ μέχρι καὶ νῦν. Tunc crucem auream efformans quæ etiam nunc exstat. Non opinor tamen hanc esse, de qua*

sui-

*Suidas*: σαυρὸς ὅπι τὸ βέρειον τῷ Φέργῳ μέρῃ. ἵστο, ὡς εἶδεν αὐτὸν Κωνσταντῖνος, χρυσέμωλας ὥρη τοῖς ἀκροτηράχεσι στρογγύλοις μήλοις, ἐνθα καὶ αὐτὸς καὶ οἱ γῆραι αὐτὸν καθεωῶντο χρυσέμεα φονοί: Crux ad partem Borealem foris tabantur, ut vidit eam Constantinus, auro illita in extremis rotundis pomis, ubi & ipse & filii eius conspiciebantur aurati.

—gemmanti textus in auro Signabat labarum.] *Dixi ipsi velo nomen intextum: & poëta hic aperte. Tamen ex descriptione Eusebii, videbis & suprà velum sàpe ex auro statui: & exempla in nummis utriusque positare dedi. illius tamen magis crebra. Ipsa Labari vox qualis? vereor ut peregrina, certè nouitia, & sub Traiani aut illud eum nata. Veterior Tertulliano, qui hodie extant, non commemorabitur. Gregorius Nazianzenus, doctus Orat. & fortis Orator, ait Καμάτων λυτῆρας ill. in civas, καὶ χτί ρωμαῖς ὄνομάζεσθαι Laborum leuanien pausámque esse, & à Romanis sic appellari. Igitur à labore deriuant, eo procliviùs, quia ipsi Greci λάβων scribent. Sed nostri*

*frī poëte nōnne corripiunt? Quomodo etiam pausam laboris, non alia additione, vox ea significet? nisi forte, quia rī laborabatur in acie, signum illud eò solet ferri. Longinquum est, & perséuero externam vocem esse.*

*Dux litteræ Christi nomen exprimentes. ] Ita est, & conspicue sunt in Nummis. Ipsū etiam Chi solitariū signabat Christum. In Antiochenorum dictiis recenset Julianus, εἰς οὐρανον: Τὸ Χῖ Φασίν, ρθὲν ήδίκης τὴν πόλιν, γένε τὸ Καππα. & addit: οἵμεις ἔδιδά χθημεν ἀξέχας ενομάτων εἶναι τὰ γράμματα, δηλῶν δι' ἑθέλειν τὸ μῆτραν Χριστον, τὸ δὲ Κωνσταντῖνον. Chi, inquit, & Kappa nihil iniuriæ intulerunt ciuitati. Nos autem didicimus initia nominum esse has litteras, & significare velle illud quidem Christum, hoc Constantinum. Ita Julianus, qui has ipsas litteras ē Labaro postea conatus remouere. Frustra, & vicit nomen quod aeternum cuiuslibet & vincit.*


## AD CAP. XVII.

*Ω ξύλον μακαριστὸν. ] Verē, quia nos per illud μακαρες. Atque ita περι-*

καντόν καὶ τίπιον, adorandum & venerabile, Imperator appellat nouellā quintā. Eaque causā vetitum in lapi-  
dibus sculpi, quæ in solo. Lex exstat in Codice Justinianeo: & apud Paulium Diaconum sic Tiberius: Crucem domini quâ frontem nostram & pe-  
ctora munire debemus, eam sub pedibus conculcamus? Tale & S-  
nodus habita in Trullo, Can. LXXI: I.

Quamquam autem è paumentis tem-  
plorum remota, non etiam è teelis. Ful-  
sit iam olim ibi, clarum certumque  
symbolum Christiani cultus. Nicephō-  
rus Gregoras lib. IX. in descriptione  
tempestatis que Constantinopoli: Τε-  
καδρα μέροι πεπλάκασι καὶ πολλαὶ ταῦ-  
θη τοὺς νεώς ιδρυμένων ἐκ σιδηρῶν στυ-  
λῶν, οὐενγκένθεν διωμάτων τὴν τε-  
ντόμετρα βίᾳ. Tunc cecidere  
multæ crucium, quæ templis im-  
poni è ferro solent, sufferre non  
valentes vim venti.

FINIS.



## INDEX CAPITVM

### LIBRI PRIMI.



- R**EGATIVNCVLA. Materies & ordo  
operis. Cap. I. folio 9  
Crucis nomen polysemon. Hac nostra  
Gabalus etiam dicta, item Infelix li-  
gnum & Infame. Sed & Crux non  
in ligno. Cap. II. folio 10  
Nomina phrasēsve ad hoc supplicium: Figere, Confi-  
gere, Cruciare. item Cruciarus, pro appen-  
dendo. Cap. III. fol. 13  
Græcorum verba ad Crucem & crucifixionem. He-  
sychius & Ouidius emendati, iste etiam expli-  
catus. Cap. IV. fol. 14  
Divisio prima Crucium: & de specie vetustissimæ di-  
ctum, Affixione. Tertullianus per occasio-  
nem correctus, atque Isis eadem cum Cerere  
existimata. Cap. V. fol. 19  
Altera Simplicis Crucis species, Infixio. Seneca,  
Hesychius, Plato, Plinius, illustrati. Cap. VI.  
fol. 22  
In genere de Cruce Compactâ: tum de primâ eius  
specie, Decussatâ. & an hac sit Anareana?  
Cap. VII. fol. 25  
Commissa Crux quid nobis sit? exemplis testibusque  
O 2 affer-

## INDEX CAPITVM.

- asserta, tum etiam vestigio nostra lingue. Cap.  
VIII. fol. 29
- Affirmata Crux Immissa è scriptis maximè Patri-  
trum: ipsi alii per alios, & imaginibus per nos  
etiam explicati. Cap. IX. f. 152
- In quā Crucium formā Christus mortem tulerit? re-  
deri in ultimā, argumento è Patribus & pi-  
eturis. Ruffini non bona fides notata in ver-  
bis Pauli citandis siue explicandis. Cap. X. fe-  
lio 39
- Apud plerasque gentium Cruces ferè usitatas. A-  
pud Syros, Iudeos, Egyptios, Persas, Afrom  
Gracos, maximè Romanos. Quando apud  
eos cœperit? An & apud Germanos? Cap.  
XI. fol. 47
- Apud Romanos vile fuisse hoc supplicium & plu-  
mūm seruorum. Quas ob causas ita affecti.  
Cap. XII. fol. 48
- Etiam liberiquidam in crucem dati, sed viliores &  
nocentiores: ut Latrones, Sicarii, Falsari,  
atque alibi & Fures. Cap. XIII. fol. 51
- Quæ causa falso assignata in cruce Christi? re-  
deri Innovationem & Seditionem esse. Cap.  
XIV. fol. 52
- Crux interdum liberè & laxè vagata: in hostes  
seditiosos, in Christianos, in faminas denique  
Cap. XV. fol. 53

LIBRI

## INDEX CAPITVM.

### LIBRI SE- CVNDI.

- Transitio ad Modum figendi premissum de atro-  
citate huius supplicii, quod Summum & Ex-  
tremum dictum. cap. I. fol. 5:
- Duplex figendi Modus, Vulgaris & Rarus. In  
illo Flagellatio ex more semper anteinuit. cap.  
II. fol. 58
- Flagellarum & Virgarum discriminē. Illa magis  
vilia, & magis acerba esse. Solere & talis aspe-  
rari. Cap. III. fol. 59
- Solitos ad Columnam verberari; atque alias per  
viam. De ipsâ columnâ cui sacrum corpus  
annexum. cap. IV. fol. 63
- Crucem suam tulisse, aut totam, aut eius partem.  
cap. V. fol. 65
- Deductos cum vexatione, Stimulis etiam actos cap.  
VI. fol. 67
- In ipsa Fixione nudi in crucem dati: an altam, an  
in terrâ, an alteram depositam & id quæsi-  
tum, & utrumque firmatum. cap. VII.  
folio 69
- Clavis figi solitos, interdum funibus adstringi. cap.  
VIII. fol. 74

## INDEX CAPITUM.

- In quibus partibus clavi, & quo numero. Cap. IX.  
fol. 77
- Ordo & modus affigendi. An lignum aliquod in  
Cruce suppedaneum? Cap. X. fol. 79
- De Titulo, quidus Latinis? quomodo scriptus aut  
prælatus. Cap. XI. fol. 84
- Post fixionem, quomodo mortui in Cruce? lan-  
guore, aut fame. Vitalitas quorundam. Cap.  
XII. fol. 86
- Quosdam à volucribus, aut feris etiam c. 200 la-  
ceratos, & plerosque omnes mortuos. inter-  
dum & lanceis interfectos. Cap. XIII. fo-  
lio 89
- Crurifragium à Cruce remotum. Quid fuerit.  
in quos receptum, & quomodo? Cap. XIV.  
fol. 91
- Corrumpi in Cruce passi sunt, & nefas si pelire.  
Cap. XV. fol. 95
- Custodia & miles ad Crucem, ne quis detraheret.  
Cap. XVI. fol. 95

## LIBRI TERTII.

- Transitio ad Rarum figendi Modum. Furca d-  
uisa, & hic de ignominiosa dictum. Cap. I.  
fol. 89
- De Furca! ænali, & casos sub ea ad mortem. Cap. II.  
fol. 100

Liga-

## INDEX CAPITUM.

- Ligatos ad Furcam in Crucem solere tolli, Furcam  
& patibulum videri eadem, aut haud longè  
dissita. Cap. III. fol. 103
- Quæ forma Furca fuerit, obscurè traditum in ve-  
terum scriptis. Cap. IV. fol. 106
- Ex iis tres sententiae eruta, & singula explicatae.  
Tertiam ~~magistratū~~ videri. Cap. V.  
fol. 109
- Ratio suspendendi per singulas illas formas exposi-  
ta, atque etiam oculis proposita. Cap. VI.  
fol. 114
- De nouâ Furca, quæ nostrum Patibulum, Tribonianum  
substituisse pâsim in Legum libris. Cap.  
VII. fol. 118
- De Raro modo in Schemate. & primùm de Inuersâ  
suspensione. Cap. VIII. fol. 120
- De obliquâ suspensione, de varicante, & inter ar-  
bores scissione. Cap. IX. fol. 123
- De modo qui Fine diuersus. primùm de his qui in  
Cruce vultati. Cap. X. fol. 125
- De his qui bestiis in Cruce obiecti. Cap. XI. fo-  
lio 128
- De mortuorum in Cruce suspensione. Cap. XII. fo-  
lio 130
- E quo ligno Crux fuerit? Item in Monte ple-  
rumque defixam, ipsam sâpe altiusculam.  
Cap. XIII. fol. 132
- Crux sublata, atque etiam Crurifragium fortasse.  
0 4 Quan-

INDEX CAPITVM.

*Quando id factum, quæ situm. cap. XII. fol. 135*

*Honores quoſ Constantinus Cruci habitum iuit. Si-  
gnis ea & vexillis imposita, aut inserta. cap.  
XV. fol. 135*

*Crux; in militum armis: in Imperatorum capite &  
manibus. & pro insigni. cap. XVI. fol.  
142*

*Laudati uncula Crucis. cap. XVII. fol. 145*



DE  
**VERA FORMA**  
**CRVCIS**

APPENDIX  
E PRÆLECTIONIBVS  
GEORGII CALIXTI  
S. THEOL. D. ET IN ACADEMIA  
IVLIA PROFESSORIS.

DE

Æpe miratus sum , maximum in literis virum Ju-  
stum Lipſium , quum de  
Cruce accurate & copiosè com-  
mentaretur , præteriſſe lignum  
medio arrectario ſtipiti impactum ,  
cui infederunt , & in quo quasive&ti  
ſunt crucifixi , ne ruptis manuum  
neruis & tendinibus proni corrue-  
rent : præſertim quòd videam hunc  
ipſum menti eius ſcrupulum ob-  
versatum fuiffe , & mox adducta ab  
eo antiquiſsimorum ſcriptorum  
Justini & Irenæi loca , quibus eius ,  
quod diximus , ligni , ſive ſediliſſum  
Tertullianus appellat , luculentum  
fieret indicium . Quod autem Li-  
pſius inobſeruatum reliquit , opti-  
mè animaduertit & monuit aliis  
vir ſummus , Josephus Scaliger ,  
Animaduersionibus Eusebianis , ubi  
de Phœnicio alphabeto agit . Rem  
paululum conſideremus . A foliis  
manibus transuerso ligno ſive an-  
tennæ per clauos , affixis corpora  
pen-

Lib. II.  
c. x.

pendere , dico esse *čn nōv ἀδωνάτον* , quamvis non admodum diu pendeant , quum tamen quod nullum letale vulnus infligetur , diu pendere solita , vt aliquando fame enccarentur , à feris & volucribus laniarentur , & tandem in sublimi putreficerent . Remedium Lipsio à funibus , quos additos putat , & circa humeros , aut pectus medium ad crucem adstrictos . Hoc malim , inquit , quām cum aliis asperulum sine tabellam inducere , in quā innixi & fixi simul pedes . Fateor sanè Gregorium Turonensem , è cuius De gloriâ martyrum libro pro suppedaneo fulcro testimonium profertur recentiorem esse , quām vt rei adeo antiquæ in silentio veterum fidem possit facere . *Quod enim vestigium in scriptoribus antiquis?* ait Lipsius .

Sed nec ipse funibus suis ullo autoris dicto fidem adstruit : qui Lib. I. c. xiii. tamen alibi silere se profitetur , que testibus aut tabulis non consignet .

Cate-

<sup>3</sup> Cæterū neque funibus , neque suppedaneo opus fuerit , admisso sedilis excessu . Ita enim loquitur Tertullianus libro è duobus ad Nationes , ante aliquot annos primū in lucem prolatis , priore , Cap. xvii . Respondet autem illis , qui Christianos cultæ crucis insimulabant , aitque si maximè colerent , consecraneos suos fore gentiles , qui etiam ipsi colant cruces : nam pari modo obiectionem de culto capite asinino diluit . Sed verba auctoris subiicimus . *Quod si de hoc differentia intercedit , quanto distinguitur à crucis stipe Pallas Attica & ceres Faria , que sine formarum dipalo & solistariculo (sustentaculo) ligni infirmis representatur ? Tantum superstitionem aliquam gentilem .*

Pars crucis , & quidem maior , est omne robur , quod de rectâ statione defigitur . Stipes arrectarius maior pars est crucis , que proinde in Pallade Atticâ & Cerere Phariâ , sine Effigie , ubi in Apolegitico hisce ad Na-

<sup>4</sup>  
Cap. ad Nationes libris gemino loquitur, rudi palo & informi ligno prostantibus colitur. Sed nobis Christianis tota crux (totius crucis cultus) imputatur, cum antennâ scilicet sua, & cum illo sedilis excessu. Quod prius dipalum siue, duplicem palum dixerat, nunc antennam vocat, & quod solistaticulum (qua vox alibi forte vix occurrit,) nunc vocat, sedile. De quo accipiendus etiam Seneca, effeminatos Mæcenatis versus, in quos meritò invehitur, in hunc modum interpretatus:  
Epist. Suffig. is licet, & acutam sessuro crucem subdas, & tanti vulnus suum premere, & patibulo pendere districatum. Versus autem sunt:  
*Vita dum superest, bene est.*  
*Hanc mihi, vel acutam,*  
*Si das sustineo crucem.*  
Lipsius cum Pinciano è vestigiis veterum codicum mauult legere:  
*Hanc mihi, vel acutâ*  
*Si sedeam Cruce, sustine.*  
Acuta itaque crux est, acutum in cruce augendo cruciatui sedile. Absque quo sanè siue acuto, siue

alio

alio fuisset, suppicio afficiendi in erectam crucem (vti moris fuisse Lib. II. Lipsius plusculis testibus confirmat) vix, aut non nisi perdifficulter dari potuissent; neque dati ita, vt dati erant, in sublimi pendere. Nec pegma suppedaneum, si maximè ponatur, sustinendæ moli quidquam fecisset. Quod enim corpus & pedes recto stipiti arctius applicantur, eò illud prorsum ruere pronius. Quod cuiuis experiri in procliui est, ad proximum saltim parietem corpus & pedes strictè applicanti. Augustinus quidem Enarratione in Psalmum CIII, conacione primâ de cruce loquutus, Erat, inquit, latitudo, in qua porrectæ sunt manus; Longitudo à terra surgens, in qua erat corpus infixum. At in longitudine, siue recto stipite infigi corpus, nisi ope sedilis, non potuit: absque quâ, vt modo diximus, quod strictius applicatur, eò minus figitur. Memini me videre iconem Domini crucifixi à Petro Paulo Rubenio, insigni piatore deformatam, qui ut ~~egredior~~ mede-

mederetur, manus in sublimie supra caput sustulerat, & iunctas magis, quam dispessas, pendulo ab iis corpore, fecerat. Sed ne sic quidem ferendo oneri fuerint. Et est contra omnium antiquorum sententiam & fidem. Pulcrè & piè Athanasius ἀφίενται θεωπόσεως τὸ λάζαρον τῷ Μακάριον. Εν μόνῳ τῷ σαυρῷ ἐκπεπλύμενος χερσὶ τις διηδυνόκει. διὸ καὶ τότε ἐπέεπεν ὑπομενόμενον τὸν κύριον, καὶ τὰς χειρας ἐκτείνας, ἵνα τῇ μὲν τὸν παλαιὸν λαὸν τὴν τοὺς δοῦλους πανεθνῶν ελκύσῃ, καὶ ἀμφοτεροῖς ἐν οὐαντῷ σωάψῃ. In sola cruce extensis manibus homo moritur. Atque ideo hoc supplicium Dominum subire per erat hac quidem veterem populum, illa vero gentiles attraheret, & utrosque in semetipso coniungeret. Porro Tertulliani, quem testem producere cæpimus, alia quoque loca eodem vergunt, & sedile, et si non ita clarè, exprimunt, innuunt tamen libro adversus Iudeos, cap. xi. Verba Mosis, de Iosepho alias prolatæ, Christo aptatas, idemque repetit tertio aduersus

Mar-

Marcionem, Cap. XII. Verba Deut. Mosis sunt: *Sicut primogeniti tan-*  
xxxiii.  
v. 17.  
*ri, decor eius, & ut cornua unicornis*  
*cornua eius. Tertulliani vero Christus*  
*in illo significabatur, taurus ab utramque dispositionem alius ferus ut iudex, alius mansuetus ut Salvator,*  
*cuius cornua essent crucis extrema.*  
*Nam & in antennâ nauis, qua crucis pars est, extremitates (paulò inferiorius apices appellat) cornua vocantur: unicornis autem, media stipitis palus. Beatus Rhenanus exponit: E-*  
*unicornis secundum media, id est, me-*  
*diam stipitis partem palus. Expedi-*  
*tius fuerit, si unicâ literulâ imitatu-*  
*legamus, medio stipitis. Palus, qui medio stipitis est, vnicornis*  
*cornu refert, & tale haberi, aut ve-*  
*cari potest.*

Imitatus est Tertullianus, quæ <sup>ρο</sup>  
modis,  
*dialogo cum Tryphone Iudeo princi-*  
*dem docuerat Iustinus Martyr.*  
*Quæ hic apponi operæ preclaram*  
*fuerit. Μονοκέρωτος κέρατα δύονος αλλα*  
*περάγματος ή χήματος ἐχοι αὖ τις εἰ-*  
*πών, καὶ διπλεῖξαι εἴ μη τὸ τύπου ὅς τὸ*  
*τριγόνον στένκυσσι. ὅρθιον γδ τὸ ίν διπλεῖξ-*  
δει,

λον, αφ' ἔδει τὸ αἰώτατον μέρος. εἰς  
κέρας τὰ εργυμάτων, ὅταν τὸ ἄλλο ξύλο  
ωργουρμόθη, καὶ ἐκατέρωθεν ἡ κέρας  
τῷ οὐκέτι παρεζευμένῳ τῷ ἄκρᾳ Φάι-  
νηται καὶ τὸ ἐντύμεσσω πηγνύματον ὡς κε-  
ράς καὶ ἀντὸ ξέχον θέσιν, ἐφ' ὃ ἐποχόντα  
οἱ σαυρόμδυοι καὶ βλέπεται, ὡς κέρας,  
καὶ ἀντὸ σωὶ τοῖς ἄλλοις κέρασι συνε-  
δηματισμόν, καὶ πεπηγμόν. Πι-  
cornis cornua nemo alterius cuius-  
quam rei aut figuræ dixerit, vel offen-  
derit esse similia, quam typicrucem de-  
signant. Rectum enim unum est li-  
gnum, stipes videlicet arrestarius;  
unde summa pars, in cornu verticem,  
cui titulus affixus erat, attollitur,  
quum ei aliud lignum, antenna stipi-  
tem superne transuersim secans a-  
ptatur, & utrimq; extremitates, tan-  
quam cornua vni isti cornu adiuncta,  
apparent. & quod in medio impactum  
est lignum ipsum etiam instar cornu  
eminet, in quo vechuntur, qui crucis  
supplicium subeunt; & cum aliis corni-  
bus iunctum & conformatum ipsum  
quog; ut cornu conspicitur. Sic Justi-  
nus extrema crucis, lignum fe-  
rendo homini in medio stipte  
impa-

impactuni, cornibus adsimilat.  
Hinc etiam Julius Firmicus qui De er-  
rat Imperatoribus Christianis vi-  
prof.  
xit, Cornua, inquit, nihil aliud nisi rel.  
venerandum signum crucis mon-  
strant. Huius signi uno extenso ac di-  
recto cornum mundus sustentatur, terra  
constringitur; id est, ipso à summoad  
ima pertingente ether & terra com-  
binantur; & è duorum, qua per lumen  
cadunt, compagine oriens tangit, &  
accidens sublevatur. Sed hic cor-  
nua, siue extremitates crucis qualiter  
per saturam digerit. Nam si accu-  
rata rationem incamus, quinque  
fuerint, quemadmodū disertè scri-  
bit Ireneus, auctor quanto antu-  
quior, tanto præstantior, lib. II. cap.  
XLII. verba eius: Ipse habitus crucis  
fines & summitates habet quinque:  
duos in longitudinem, & unum in  
medio, ubi requiescit, qui clavis con-  
figitur. Lignum itaque siue pa-  
lum medio stipti fuisse impa-  
ctum, cui insederit, & quasi in-  
equitauerit crucifixus, res est cer-  
ta, & testibus exceptions maiori.

bus abunde comprobata. Mirum autem poterit videri, qui factum, ut cruces, quas postea Christiani sive pingerent, sive fingerent, sed: li isto omnes carerent. Primis equidem Christianis, ut & nobis, solenne fuit, crucem ductibus digitorum in aere deformare, & sibi imprimis suæ fronti, quasi imprimere, ut fidem passionis & mortis Domini in cruce exantlat, palam profiterentur, seq; eius memores immo participes esse, inq; eâ spem & fiduciam contra mundi & dæmonum insultus ponere testarentur. Tertullianus De coronâ militis. Cap. III. Ad omnem progressum atq; promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcumq; nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Secundo ad uxorem cap. V. Latebis ne tu, quum lectulum, quum corpusculum tuum signas. Nempe quidquid Deo consecratum, quidquid commendantum cupiebant, cruce signabant, & pro-

2

& proinde non immerito recens baptizatorum frontes. Hinc Derasurrectione carnis cap. IIX. Caro signatur, ut anima muniatur. Cyprianus libro primo testimonium aduersus Iudeos, cap. IIX. Signo Domini omnes signantur. Lib. II. cap. XXII. docet, quod in hoc signo crucis salus sit omnibus, qui in frontibus notentur. Epistola LVI. Muniatur frons, ut signum Dei incolore seruetur. Basilius Magnus De Spiritu sancto ad Amphilochium, cap. XXVII. τὸ πίστως συμπόσιον τὸ ὄνομα τὸ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡλπικότας, κατασπάγει. Cyrilus Ierolymitanus catechesi XIII. Non pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur: in aliis etiam omnibus crux fiat, in panibus comedendis, & in poculis bibendis, in egressu & ingressu, ante somnum recumbendo & surgendo, & quiescendo. Ambrosius Epistola LXXVII. Populus Christianus mortem Domini circumferens per momenta singula fronti propria mortis con-

P 2 tem.

12

zemtum inscribit, utpote qui sciat  
sine cruce DOMINI salutem se ha-  
bere non posse. Augustinus tra-  
etatu XI. in Johannem: si as-  
serimus catechumeno, Credis in Chri-  
stum? Respondet, Credo; & si-  
gnat se cruce CHRISTI: portat in  
fronte, & non crucecifit de cruce Do-  
mini sui. Chrysostomus homiliâ  
XXI. ad populum Antiochenum:  
*Quum limen transgressurus es hac  
prius profer verba; Renuncio tibi Sa-  
tana, & iungor tibi Christe. Noli  
unquam absque hac voce exire:*  
hac erit tibi baculus, hac arma-  
tura, hac turris inexpugnabilis.  
Cum hoc dicto etiam crucem fron-  
ti imprime: Sic enim non modo ho-  
mo obuiam factus, sed ne Diabolus  
quidem te ledere poterit. Et præ-  
clarè homiliâ LV. in Matthæum:  
*Quando cruce te signas, uniuers-  
am Crucis causam tecum verte. ....  
.... quam non simpliciter dígito in-  
corpore, sed magnâ profectò fide in-  
mente formare oportet. Nam si hoc  
modo eam impresseris, nullus scele-  
storum*

13

florum demonum, quum hastam vi-  
deat, à qua letale vulnus accepit, con-  
gredi tecum audebit.

Sed in re non dubiâ testimo-  
niorum satis, si non fo:te nimi-  
um. Crux in aere, vt diximus,  
digitis formata, frontique aut a-  
liis etiam rebus impressa symbo-  
lum istâ ætate fuit Christiani-  
sini, & quasi quotidiana quædam  
& familiaris tessera, quâ vel sola  
Christiani, etiamsi aliis nullis se  
proderent indiciis, à paganis di-  
scernerentur. Et observatu di-  
gnum est, quod scribit Lactan-  
tius: *Quum diis suis immolant, si* Infi-  
*adgit forte aliquis signatam frontem tut.*  
gerens, sacra nullo modo litant, nec  
responsa potest consilios reddere va-  
tes. Constat autem crucem, quam  
diximus, non nisi duobus ducti-  
bus, atque ita solas duas præci-  
puas partes formari, sedilis au-  
tem, utpote partis præ stipi-  
te & antennæ exiguae, & quasi  
super additæ, rationem non  
haberi, nec haberi quidem  
L. iv. c. xxviii.

14

commodè, talibus & eum in modum aëri inscriptis lineamentis, posse. Hoc itaque respiciens Gregorius Nyssenus, oratione prima in Resurrectionem Christi, τὸ χρυσανθέμον, ait, περὶ τοῦ ἀγριόλατρος διπλῶν στρομέσων σύμβολον μετεξόμον, τὸν Διάκονον τὸν θεοφόρον τὸν εὐαγγελίσαντα Θεόν. Τὸ δύταπον τοῦ γὰρ ἀγριόλατρος Διογονιάδην. Figura ista quatuor extremitatibus & similitudine, quae in medio est, prodeuntibus distincta, illius, qui in ea manifestatus fuit cuncta attingentem potentiam, & prouidentiam designat. Neque Constantino inter superstitiones gentiles & religionem Christianam ambigenti, sed in hanc proniori, & militibus, qui cum ipso erant, aliud apparuit, quam hoc ipsum hactenus receptum & vulgatum Christianismi symbolum, σταύρον τεοταυρέαν Φωτὸς σωματίου, τηνα cùm inscriptione, τύτων νίκα. Nāni' hoc ad eum porro permouendum & indicium faciendum, vtrum cultum præferri oportet, satis erat. Et ipse in

fo-

15

soñnis monitus, ut tali signo post hac in præliis vteretur, fieri fecit ob longum hastile auro obdutum, eique iunxit κέρας ἐγκάραστον cornu transversum, siue antennam. Ab eâ suspendit pretiosum ὑπασπα, supparum, siue velum, longitudine & latitudine ipsi cornu συμμετρον, & proinde equalibus lateribus quadratum. Hastili summo & supra velum eminenti impoñuit coronam, insertis primis nominis Christi characteribus, τῷ Ρ per medium X transcunte: infra velum porrecto suam, & filiorum imagines apposuit. Hoc Constantini Labarum, de quo Eusebius in primo de vita eius, vnde hæc de promissimus. Τῶν δὲ σταυρέων, ait, επιτιθετον τοῖν τούτοις ὅμοιώματα τεγμένατεν. Ut ex exercitus omnes signa ad huius similitudinem facta antegenderent, mandauit. Rursus libro quarto: Ήριγγή εἰστιν αὐτῶν τὸν ὄπειλαν τὸ τεσσαράκοντα σύμβολον κατασηματισθεῖσαν. περὶ τοῦ τεσσαράκοντά τε φεγγιανοῦ ζεύσταν. μὴ αγαλμάτων ο-

P

5

ποια

ποία τεχνηγν αὐτοῖς εἴθε λύ, τὸ μηδέρε  
μόνον δὲ τὸ συνήγον τέσσαρον.

*Salutaris Trop. ei symbolum in i-*  
*psis etiam armis insculpi fecit, &*  
*armato exercitui praire, aurea-*  
*rūm verò imaginum, cuiusmodè*  
*antea solebant, nullum, sed solum*  
*hoc salutare tropaum. Ex eo i-*  
*taque cruces quales haētēnus dis-*  
*gitis in aëre formatæ erant, ex*  
*materiâ fieri, & pluribus rebus*  
*appingi, vel apponi cœperunt.*  
*Chrysostomus Demonstrationes*  
*contra gentiles, quod CHRISTUS sit Deus: Ubique fulget,*  
*& sparsa est in parietibus domorum,*  
*in culminibus, in libris, in ciuitati-*  
*bus, in vicis, in locis que habitan-*  
*tur, & non habitantur. Julianus*  
*apud Cyrillum obiicit crucis li-*  
*gnūm adoratis, imagines illius in*  
*fronte, & ante domos pingentes.*

Lib. vi. Cōt miliationis & passionis Domini,  
Iuli-  
an. nostræque redēptionis recorda-  
ri nos facit salutare lignum, &  
suadet ut cogitemus, quod, quem-  
admo-

admodum dicit divinus Paulus, v. 11. Cor-  
nus pro omnibus sit mortuus, vt v. 15.  
qui viuunt, posthac non sibi vi-  
vant, sed ei, qui pro ipsis mortuus  
est, & resurrexit. ---- propterea  
preciōsi ligni crucem facimus, in  
memoriam omnis boni & omnis vir-  
tutis. Ceterū quomodo aliquan-  
do ipse Julianus, quum dæmones  
consuleret, dum spectris territus  
trepidat, frontique crucem ex  
pristinâ disciplinâ & consuetu-  
dine ctiamnum adhærescente im-  
primit, dæmones abegerit, qui  
volet, videre poterit apud Gre-  
gorium Nazianzenum Invectivâ  
in illum priore; Theodoretum  
historia libro III. cap. III. So-  
zomenum libro V. cap. II. Ex-  
emplum memorabile, & di-  
vinitus editum, vt miser ho-  
mo in viam, & ad sanam men-  
tem, quam eiurauerat, si per  
summam obstinationem fieri vl-  
la ratione posset, revocare-  
tur. Sed, vt ad propositum  
redear-

redcamus, simplici Cruciferiū & sequioribus scelis pendulæ Crucifixi imagines accesserunt, quum iam pudem supplicium crucis abrogatum esset, ac vera & perfecta crucis structura in obliuionem venisset. Augustinus Tractat. xxxvi. in Iohannem: *Modò in pœnis reorum non est apud Romanos. Ibi cum Dominici crux honorata est, putatum est, quod et res honoraretur, si crucifigeretur.* Qui primi igitur effigiatas cruces statuerunt, formâ simplicibus hactenus frequentata contenti, sedile aut neglexerunt, aut, quod verosimilius est, ignorauerunt. Dudum enim, ut diximus, suppicio illo flagitiosi plecti desierant: idque ne crux ipsa, quæ Christianis redemptionis & salutis symbolum, ignominia affici videretur. Nam ne contemptum quidem habervoluerunt. Hinc edicunt Theodosius Junior & Valentinianus: *Quum sit nobis cura diligens, per omnia superni nominis religionem tueris; signum Saluatoris Christi nemini licere*


**A Con-**  
**Ranti-**  
**no vi-**  
**deli-**  
**et.**

cere vel in solo, vel in filice, vel in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere, sed quodcumque reperitur, zelli; gravissimâ pœnâ multando eos, qui contrarium statutis nostris tentauerint, specialiter imperamus. Constitutio lata est anno xxvæ Christianæ ccccxxvii; & exstat codicis Iustinianæ libro I. titulo IX. Sub finem seculi. septimi itidem figuras crucis in solo vel paumento fieri prohibent Patres Trullani, Canone LXXIII. Alium crucis cultum, meliora illa secula, & præsertim prima signorarunt. Audiuimus paulo ante, Cyrillum Juliano cultum crucis obiicienti non assentiri, & crucis figuræ non nisi recordationis ad miniculum statuere. Tertullianus quomodo responderit, pariter prius ex parte dictum fuit. Plena & solida responsio (nam aliae de societate criminis ad hominem sunt, ut loquimur, non ad rem) hæc est: *Quod colimus nos, - Deus unus est, qui totam molam istam cum omni instrumento elementorum corporum, spiri-*

*spirituum, verbo quo insit, ratione  
quā disposuit, virtute quā potuit, ac  
nihilo expressit, in ornamentum ma-  
iestatis suae.* Minutius Felix aca-  
te Tertulliano Suppar : *Cruces  
nec colimus, nec oramus.* Ita enim  
cum Elmenhorstio legcre malo,  
quām cum aliis, optamus. Dixerat  
enim Cæcilius : *Ecce vobis mina,  
supplicia, tormenta, & iam non a-  
doranda, sed subeundæ cruces.* Per-  
git autem Minutius, & gentili-  
bus id criminis impingit. *Vosplæ-  
nè, inquit, qui ligneos Deos consecra-  
tis, cruces ligneas, ut Deorum ve-  
strorum partes forsitan adoratis. Am-  
brosius Oratione in obitum Theo-  
dosii Imperatoris : *Habent Helenæ  
qua legat, unde crucem Domini reco-  
gnoscat. Invenit ergo titulum, Regem  
adorauit, non lignum utique ; quia  
hic gentilis est error. Adorauit il-  
lum, qui pependit in ligno, scriptus in  
titulo.* Cui in æternum honos  
esto & gloria.*

Et nunc de Cruce tantum.

F I N I S.




*Benevolē Lector*

**V**ides hic icones crucium duas, alteram additā imagine Domini crucifixi, alteram nudam, utramque formā, quali ueras fuisse credimus. Quum autem incideremus in eiusdem argumenti epistolam, ab optimo & eruditissimo viro Georgio Cassandro scriptam, inter epistolas eius editas numero vigesimam, hanc etiam subiici operę precium fore existimauimus. Bene quidem animaduertit, fieri non potuisse, quin corpus, præsertim morte iam imminentे ingruescens, pondere suo palmas discerperet. Suppedaneum autem in subsidium aduocat frustra, sicut in Appendice ostensum est. Quia recte Lipsius: *Nimis ac-  
curata ea fabrica, imò delicta.* Nempe ex obuīs & rudibus lignis crucē strūctæ: & impacto in stipitem sustentaculo, quo uectari corporis moles posset, de pegmate operosè addendo, cui cruciarius commodè pedes imponeret, haut verosimile est sollicitos fuisse. Quamuis igitur hac in parte aberrauerit vir optimus monet tamen & docet, quæ legi digna. Quibus fruere lector, & vale.

Q

Geor.



*Georgius Cassander.*

D. Richardo Coxio Episco-  
po Eliensi.

**A**CCepi abste, Reverende Do-  
mine, literas IV. Martii  
Londinis scriptas, quibus quod  
tardius & brevius respondeo, in causa  
fuit vehementis morbis, qui me paulo  
post acceptas literas invaserit, unde vix  
dum convalescere capi, evellum te ad  
dignitatem, seu potius munus & offici-  
um Episcopi libens intellecti, rogoy, De-  
um, ut suum tibi spiritum impetratur,  
cuius subsidio munus illud ad tuam fa-  
ludem, & gregi tibi crediti aedificatio-  
nem impleas: te autem in eo fastigio  
collocatum nostra adhuc tenetum &  
humilitatis non immemorem fissi,  
habeo gratiam, ac munusculum illud  
duorum coronatorum, quod literis in-  
clusum erat, pro symbolo pristina no-  
stra consuetudinis libenter accepi. In-  
telligo de imagine Crucis seu Crucifixi  
in templo collocanda non per omnia  
intervos convenire; nec satis tamen  
intelligo, an de Crucis tantum nuda fi-  
gura; an de imagine Christi Crucique ex  
appendentis, agatur. Vidimus hic fi-  
guram quandam typis expressam, que

lxv

in medio Crucem tantum continebat,  
testimoniis quibusdam scripture sacre  
lingua Anglicana utring, ascriptis, un-  
de suspicor de Crucis tantu figura queri.  
Quod autem meam sententiam hic  
postulas, modestiam vestram agnosco:  
cur enim cum tot uberrimis fontibus  
abundetis, tam exiguo & turbido fon-  
ticulo aquam potatis? Dicam tamen  
breviter, quando ita vultis: Scit ve-  
stra excellentia apud priscos Christia-  
nos quam frequenti in usu, & quanto  
in honore fuerit Crucis character, ut  
pasim in edibus sacris, prophanicis, pu-  
blicis, privatis collocaretur & depinge-  
retur, idq, antequam consuetudo alia-  
rum imaginum, vel Christi ipsius,  
vel sanctorum in templis constitu-  
darum recepta esset, ut monumentis  
omnibus idolatrie, quibus omnia  
contaminabantur, abolitis, in eorum  
locum Crucis figura, que Christiani-  
smi tanquam sacram quoddam Sym-  
bolum erat, auspicio meliore succede-  
ret. Et quemadmodum in Euange-  
licis & Apostolicis literis Crucis voca-  
bulum mystice passionem, mortem,  
triumphum Christi, & afflictiones  
sanctorum significat, ita figura quoq,

Q 21

Cru-

Crucis passim constitua, & in oculos in-  
currente, tanquam mystico quodam  
symbolo, haec omnia designari & homi-  
num animis infigi voluerunt: quare  
inter Crucis figuram seu characterem,  
& reliquias imagines magnum discri-  
men posuerunt. Qua de re videre  
licet Carolum Magnum lib: 11. cap  
XXVIII. contra Synadum Græcorum:  
In his enim simplicem & nudam  
esse significationem; in illa vero ar-  
canam & mysticam repræsentatio-  
nem. Quare non pro nudo signo,  
sed pro mysterio quodam habebatur,  
sic ut non tantum materia & coloribus  
in templis, edibus, & parietibus ex-  
primeretur, sed etiam manibus im-  
fronte & pectore crebro deformatur,  
cui rei antiquissimi scriptores Ecclesi-  
stici Graci, Latinis summa consen-  
tione testimonio sunt: que observatio  
cum antiquissima sit per omnes Ecclesias,  
nolim eam superstitionis argui:  
superstitionem vero populi, que optimis  
quibusq; rebus & institutis an-  
nasci solet, rescindi & caveri velim;  
quod in figura illa, quam nos hic vi-  
dimus, studio habuisse videmini; sed  
boni consuleris quoque, si, quid in ea de-  
side.

siderem, liberè dixero: Primum enim  
in hoc Crucis signo efformando opta-  
rim ad ipsius archetypis, hoc est, veræ  
Crucis, in quo servator noster oblatus  
est, speciem & ideam respectus habe-  
retur; quod in reliquis quoq; imaginib;  
bus illustrium & sanctorum hominum,  
si diligenter observaretur, minus es-  
set inconmodi, videlicet, ut ad foliant  
memoriam conservarentur & inspi-  
cerentur, quomodo hodieq; in numi-  
fnatis Romanorum Principum et alio-  
rum insignium virorum effigies ser-  
vari videntur. Porro Crucis figura  
qua fuerit; cum ex veteris aliquot  
imaginibus & statuis, quarum aliquot  
vidimus; tum perspicue ex antiquissimo  
scriptore Trenao, & recentiore  
Greg. Turon. appareat, cui rei &  
ipsa quoq; ratio suffragatur. Nam  
qui, queso, fieri posset, ut humanum cor-  
pus iam morte quoq; imminete ingra-  
vescens. & exprorectum dependens,  
non mole sua & pondere palmas affi-  
cas discerperet? Cui rei ita prospectum  
erat, ut in medio ferèstantis & erectis  
stipitis tabella immitteretur, cui plan-  
te haminis eo suppicio affecti insiste-  
bant, & clavis affigebantur, ita ut non

zam pendentis, quam stantis hominis  
speciem representaret. Verba Irenæi <sup>Lib. II.</sup>  
<sup>c. xlv.</sup> perspicua sunt: Ipse, inquit, habitus  
Crucis fines, & summitates habet  
quinquem, duos in longitudine & duos  
in latitudine, & unum in medio, ubi  
requiet qui clavis affigitur. His pla-  
ne consentit Gregorius Turonensis;  
<sup>Lib. I.</sup> Clavorum ergo, inquit Dominico-  
<sup>de glor.</sup> Mart. rum gratia, quod quatuor fuerint,  
<sup>cap. VI.</sup> hæc est ratio; duo sunt affixi in pal-  
mis, & duo in plantis, & queritur;  
Cur plantæ affixæ sint, quæ in Cruce  
sancta dependere visæ sunt potius,  
quam stare? Sed in stipite erecto fo-  
ramen factum manifestum est: Pes  
quoque parvulae tabulæ in hoc fora-  
men insertus est: super hanc verò ta-  
bulam tanquam stantis hominis sa-  
cræ affixæ sunt plantæ. Huiusmo-  
di Crucis figuræ non paucas vidi, tum  
in his locis antiquitus expressas, tum  
unam insignem in ultima Armenia  
depictam, quam Armenius quidam  
sacerdos in libro sacrarum precium sue  
gentis lingua & characteribus descri-  
ptam circumferebat: in quibus omni-  
bus figuris tabella huiusmodi ex de-  
scriptione Irenæi, & Gregorii Turo-  
nen-

nensis manifestè imminebat; que esse  
minutiora quidam iudicabunt, in alio  
is tamen decori amantibus displici-  
tura non puto. Alterum est quod vo-  
bis exponendum propono; num conve-  
nientius esset loco illorum testimoniorum  
scripture, quibus undique Crucis istam fi-  
guram cinxistis, & muniistis, ea testi-  
monia adscribi, que Crucis mysterium  
& arcanam significationem explicant,  
que & satis multa, & ad institutio-  
nem populi aptissima in scriptis Novi  
Testamenti existant, ut quæ totum &  
redemptionis nostra per Christum  
& regenerationis nostra in Christo  
mysterium continent, cuiusmodi sunt,  
Coloss: cap 11. Et vos cum mortui es-  
setis in delictis & præputio carnis ve-  
stræ conviuificavit cum illo, donans  
vobis omnia delicta dælens quod ad-  
versus nos erat chirographum de-  
creti, quod erat contrarium nobis;  
& ipsum tulit de medio affigens il-  
lad Crucis; & expolians principatus  
& potestates traduxit confidenser  
palam, triumphans illos in semeti-  
pso: & cap. 1. Et ipse scilicet filius  
Dei, est caput corporis Ecclesiæ, qui  
est principium, primogenitus ex

mortuis, ut sit in omnibus ipse pri-  
matum tenens; quia in ipso compla-  
cuit omnem plenitudinem inhabi-  
tare, & per eum reconciliare omnia,  
in ipsum pacificans per sanguinem  
crucis eius, sive quae in caelis sunt.  
*Et Gal. vi.* Mihi autem absit gloriari,  
nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi,  
per quem mihi mundus crucifi-  
xus est, & ego mundo. *i. Cor. cap. i.*  
*Vt non evacuetur Crux Christi. Gal.*  
*vii.* Ego enim per legem, legi mor-  
tuus sum, & Deo vivam: Christo  
confixus sum Crucis. *Et Matth. x.* Qui  
non accipit crucem suam, & seque-  
tur me, non est me dignus. *Et cap.*  
*xvi.* Si quis vult venire post me, abne-  
get semetipsum, & tollat Crucem  
suam, & seequatur me. *Hac & his*  
*familia testimonia populum de vero*  
*Iesu mysterii Crucis edoccent;* sed hoc  
vos provestra prudētia melius. *Ego im-*  
*prudens, qui sus Minervam, nisi mihi*  
*non aliquo modo meam ergate obser-*  
*vantiam declarare nefas duxisset. Te*  
*(non dubito) qua modestia & humani-*  
*tate ad nos scripsisti, eadem hac no-*  
*stra rudia & inculta scripta su-*  
*scipies. Vale.*

F I N I S.